incorrectus [illegible]

Sciat autem quod iste liber Jacobini [illegible] honorandi domini Jacobi pastoris de Gyortvalva Canonici et predicatoris ecclesie [illegible] mutuatus michi presidio [illegible] in casu mortis restituatur eidem [illegible] aut [illegible] Paulo germano suo. Sic testor ego Gregorius [illegible] propria manu [illegible] recognosco me teneri eidem domino Jacobo aliquot florenos quos putabit seu dabit dominus Nicolaus Baccalarius vicarius et [illegible] ecclesie [illegible] quos ego [illegible] et sunt XI ad [illegible] exposui [illegible]

N. Inv. 1388.

Hystriot testamto
exflore

?

Jacobini de Tempore

Humane labilis vite decursus
salubri erudicione nos
amonet verbis non modo
periturus ea operari semper
intrinsecus quorum fructus permanet in celis
dicente domino / Operamini non cibum qui perit
sed qui permanet in vitam eternam /
Huius ergo igitur fratrum instancia non
improba temeritatis audacia me induxit
ut de Ewangeliis dominicalibus que le-
guntur per anni circulum aliquam facerem com-
pilacionem sermonum Et quamvis vir-
tutis mee [illegible] disperciens in-
genua me sic tenuis ingenii tam dicere
confido tamen quod imperfectum meum supplebit di-
vina bonitas et coadiuvabit fraterna
karitas et compensabit quam gerit sincera
voluntas Ex quolibet autem Ewangelio domini-
calis sermones composui ad honorem in-
dividue trinitatis gloriose virginis Ma-
rie matris dei et beati domini patris
nostri / Cum vero non omnia dominica ad
inventionem non est idem Ewangelium aput omnes
sed diversimode dicitur ad diversos ideo ipsius
sermone ipsius dominice prophetica auctoritate
assumpsi propterea individuum ut cristo
adveniente cordibus preparet hospicium
et sibi acceptum per obsequia gratum
Et quia ordine predicatorum sum deo mi-
nistracione professus ideo ad beati dominici
postulando suffragia devotus assurgo
ut ipse apud deum in nostra oracione dig-
netur quatinus presens opusculum ad
dei laudem dirigat et ad legencium
utilitatem cooperetur et meritum
provenire concedat Amen :~

Incipit sermo primus de eodem

[P]reparare in occursum dei
tui israel Amos iiij Si
rex vel aliquis mag
ne dignitatis ad ali
quam civitatem est ve
nturus diu ante mittit p[re]
cedunt ipsius regis
nunciantes adventum
ut ad ipsum suscipiendum omnes venient
se preparent et disponant Rex magnus
iste magnus est deus ihesus xristus qui
isto tempore est venturus in carne secundum
ecclesie representacionem et ideo debemus
nos preparare et convenienter sibi occurrere
iuxta illud prophetie quod dicitur prepare
etc. Ideo quia mater sancta ecclesia hodie in
missa tres sollempnes nuncios et
legatos mittit qui istius regis ad
ventum nobis annunciant et ad ipsius
susceptionem sollicite nos inducant Pau
lum apostolum zachariam prophetam et ma
theum evangelistam Paulus namque
in epistola sua legacionem facit ostendens quales
oportet esse illos qui istum regem debent sus
cipere annuncians et proponens quod tria eos oportet
facere Primo enim non debent dormire sed vi
gilare cum dicit Ro xiij hora est iam nos
de sompno surgere nox precessit dies autem appropinquavit quod sancti omnes
in patribus dormiebant et ab omni opere torque
bant inter mundum erant quia in nocte erant In
nocte quidem tria sunt que dormire faciunt
et sompnum inducunt obscuritas et frigiditas
et humiditas Nox quidem naturaliter est ob
scura frigida et humida Obscuritas
quidem sompnum inducit Unde homines vo
lentes dormire loca obscura querunt
frigiditas etiam sompnum inducit Unde in
iuvene et frigida complexione sompnus
profundus laudabilis est In contrariam vero
de speciebus humiditas etiam sompnum inducit
nam secundum philosophum vapor humidus a cibis re
solutus dum ad cerebrum ascendit sompnum
inducit Hinc est quod pueri magis dormi
unt quam senes quia plus habundant in hu
miditate Non est enim mirum si antiqui sic
dormiebant quia erant in obscuritate
ignorancie in frigiditate dilectionis divine
et in humiditate carnalis concupiscentie Dyabolus
quidem in hiis tribus locis dormit scilicet in loco
obscuro frigido et humido et ideo secum et
ceteros dormire facit Job xl Sub umbra
dormit Ecce obscuritas ignorancie In

secreto thalami Ecce vacuitas divine di
lectionis locis humentibus Ecce humiditas
carnalis concupiscentie Sed ista nox precessit
dies autem appropinquavit et ideo iam non est dormiendum
sed vigilandum Advenit enim vera lux que
obscuritatem ignorancie expulit et splen
dores sapientie inducit Jo x Apostolus qui am
bulabat in tenebris vidit lucem magnam Advenit
divinus ignis qui frigiditatem fugavit et
totum mundum in dei amore accendit Luce
xij Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi
ut accendatur Advenit verus sol qui omnes nebulas
carnalis concupiscentie exsiccavit et ab omni
humore ipsius carnalis concupiscentie animam
arefecit Ecclesiastici xliij Apti sunt thauri scilicet
solares radii et avolaverunt nebulosas aves
Secundo apostolus annunciat quod debemus vestes
sordidas abicere et pulcriores induere Omnes
sordidas abicere et pulcras sordidarum abicere
quod debemus tria quia vestium sordidarum abicere
scilicet vestem nigram cum dicit Abiciamus
scilicet vestem immundam cum subdit Non
opera tenebrarum vestem immundam non in cubilibus et impudi
citiis non in comessacionibus et
et vestem laceratam cum subiunxit non in
contencione et emulacione Vestem nigram facit
avaricia Avarus enim nigredinem contrahit
corporalem ex eo quod eius continuo vertitur spiritualem
quia cum pecunia sit lutum inde anima
eius coinquinatur et sic denigratur et fetida
adeo nimie cognoscuntur Tren iiij De
nigrata est super carbones facies eorum
et non sunt cogniti in plateis Vestem
immundam facit luxuria que est penitus
abicienda Ideo non adicientes eam que car
nalis est coinquinant maculata tunica
Vestem laceratam facit superbia Unde dicitur
prov xiiij Inter superbos semper iurgia sunt
Abiectis sordidis vestibus decorem monet
apostolus ut induamus arma lucis scilicet vestes
virtutum et bonorum operum quas quidem virtutes
vocat induta arma et lucis dicens In
duamini arma lucis Dicuntur autem munimenta
quia peccata aperiunt 1 pet iiij Caritas operit
multitudinem peccatorum Dicuntur arma quia animam
ab insidiis demonum custodiunt Unde dicitur
de Elia Ecclesiastici xxix Arripe scutum et lanceam
adversus inimicum tuum pugnabis Dicuntur
lux quia lucidum ornatum faciunt Unde de
anima virtutibus exornata dicitur ps Astitit regina
a dextris tuis in vestitu deaurato Tertio apostolus annunciat
quod vexillum debeamus assumere dicens
Induimini dominum ihesum xristum Istud vexillum

est xpus in cruce fixus cuius memoriam
semper debemus in cordibus nostris retinere hasta
illius vexilli est lignum crucis. Tela est
caro xpi cruci affixa que triplici colore fu-
it depicta scilicet albo nigro et rubeo. Ca-
ro enim xpi fuit albissima per innocencie pu-
ritatem et fuit rubea per sanguinis effusionem
et fuit nigra per mortis livorem. Unde si
ipsa caro posset loqui diceret quod Cant.
1° Nigra sum propter livorem sed formosa propter
innocencie puritatem vel decore sicut pelles
Salomonis rubea propter sanguinis effusionem.
Ille autem pelles erant pelles arietum ru-
bricate. Postquam ecclesia misit apostolum qui
nunciat quales debeant esse illi qui illum
regem dicunt suscipere mittit secundum nuncium
scilicet zachariam prophetam qui nobis nunci-
at quale et propter quid istum regem debemus
suscipere dicens Dicite filie syon ecce rex tuus
g venit mansuetus. Circa quod sciendum est quod libenter
//gra suscipimus in nostra presencia scilicet duos primo
quos venitos et amicos. libenter igitur xpm
1° suscipere debemus quia ipse est rex dominus noster
quod notatur cum dicitur Ecce rex. de hoc ipse sibi testimonium
perhibet dicens Jo. xiii Vos vocatis me magi-
ster et domine et bene dicitis sum etenim. Io. xviii. Tu dicis
quia rex sum ego. Non sunt ista verba superbie
vel elacionis sed salutifere instruccionis. Re-
us enim superbire non potest quia super se alios
h habet. Superbire enim est super alios ire. Ho-
mo superbire potest quia super se alios habet
Eccl. v° Excelso excelsior est alius et
Similiter et angelus superbivit quia super se
alium habuit. Deus autem superbire non potest
2° quia super omnes est. Secundo propinquus est et
frater noster cum dicitur tuus scilicet de tua stirpe progenitus
Gen. xxxvii frater enim et caro nostra est
Gen. Puto quia iam me spernere non poterit
os ex ossibus meis et caro de carne mea
Humana natura in magna puritate et reveren-
cia habita est. tum quia ad dei ymaginem
facta est. tum quia nature angelice coequa-
ta est. tum quia a filio dei assumpta est. Tercio
3° est venturus noster cum dicitur Venit tibi i. ad uti-
litatem tuam. homo quidem amiserat faciem
dei et habitacionem celi et tenebatur in
carcere dyaboli. Unde dicitur Job xxxiii° Si
fuerit pro eo angelus loquens. xpus qui dicitur
magni consilii angelus deprecabitur dominum et
placabilis fiet ei et videbit faciem dei
in iubilo. Ecce quia acquisivit homini fa-
ciem dei liberavit animam suam ut non pergeret
in interitum. Ecce quia eripuit eum de carcere

inferni. Sed videns vidit lucem. Ecce quia acqui-
sivit sibi scilicet lucidum locum celi. Quarto autem 4°
est amicus noster cum dicitur mansuetus. ipse e-
nim nos sicut amicus mansuete et humiliter
conversatus est Mt. xi° discite a me quia mi-
tis sum etc. Qui cum olim erat leo ferox
modo factus est agnus mansuetus. Legitur
quod unicornis in nulla violenciam capi potest
sed in sinum virginis requiescens totaliter
mansuescit. Sic et deus leo fortissimus in
sinum virginis requiescens factus est agnus
mansuetus. Postquam apostolus nunciavit qua-
les debent esse illi a quibus iste rex est sus-
cipiendus et postquam propheta subiunxit quare
et propter quid sit suscipiendus. mittit ecclesia
tercium nuncium scilicet evangelistam matheum
qui nunciaret qualiter sit suscipiendus et
hoc ex° turbarum. Primo igitur suscipiendus est 1°
cum operibus caritatis quod notatur per hoc quod vestimen-
ta prosternebant in via. vestimenta anime
spiritualia sunt bona opera Apoc. xvi Beatus
qui vigilat et qui custodit vestimenta sua
ne nudus ambulet. Ista vestimenta pro-
sternimus quando bona opera impendimus pauperibus
et viatoribus et peregrinis quicumque Eccl.
xi Mitte panem tuum super transeuntes aquas
et post multa tempora invenies illum panem
mittimus enim super transeuntes aquas quando
pauperibus peregrinantibus elemosinas nostras
damus. Dicitur quod serpens in vestitum insilit
nudum fugit. quia dyabolus est cum illis
diviciis que numquam pauperibus distribuuntur.
Secundo cum puritate et mundicia cordis quod 2°
notatur per hoc quod sibi obviaverunt cum ramis ar-
borum. Sunt quedam tanquam lignum aridum
quorum consciencia immundiciarum omnium est sentina
Job. 1° Computruerunt iumenta in stercore
suo. Quedam tanquam lignum aridum quorum
consciencia omni humore devocionis est vacua
Ps. Aruit tanquam testa virtus mea. Qui-
dam tanquam lignum viridum instar olive
quorum consciencia virore omnium virtutum est ame-
na. Prov. xi° Iusti quasi virens folium ger-
minabunt. Tercio cum triumphali victoria quod 3°
notatur per hoc quod cum ramis palmarum sibi obvia-
verunt. Illi autem palmas vere portare possunt m
qui vincunt diabolum eius suggestionibus
resistendo Jac. 4° Resistite dyabolo et
fugiet a vobis. Vincunt mundum fidem cum
operibus servando 1 Jo. v° Hec est victoria que
vincit mundum. Vincunt carnem ipsum
ipsum castigando 1° Cor. ix° Castigo corpus
meum etc. Quarto cum laude divina quod 4m°

no' psalmor quem cum laudaverunt dicentes Osan
a na filio david. Ista laudacio fieri debet
corde ore et opere. De laude cordis dicitur
Ephes. v° Cantantes et psallentes in cor-
dibus vestris. Laudacio autem oris non valet
sine laude cordis. Ys. xxix Appropinquabit
labiis suis iste. cor autem eorum longe est a me
Nec utraque valet sine tercia i. sine laude
operis. Mt. vii° Non omnis qui dicit michi
domine domine quo ad laudem cordis intrabit
in regnum celorum sed qui facit voluntatem
patris mei qui in celis est. quo ad laude
Smo 2^9 operis intrabit in regnum celorum. Smo 2^9
Ecce rex tuus venit tibi mansuetus
sedens super asinam et pullum subiugal
a Mt. xxi° Si aliquem principem
ad nos susceptiui sumus ipsum propter quinque
causas libenter et reverenter suscipere debemus
Primo propter statum quando scilicet esset persona
valde sublimis. Secundo propter affinitatem quando
scilicet nobis esset propinquus vel affinis. Tercio propter
beneficium quando scilicet veniret non ut ra-
peret sed ut sua tribueret. Quarto propter offi-
cium quando scilicet sciremus quod non haberet officium
tenere iusticie sed pie misericordie. Quinto propter
comitatum quando sciremus quod non duceret secum
exercitum grandem et crudelem sed humilem
et clementem. Istis quinque de causis regem
nostrum dominum ihesum in carne sedem reputatum
celestem tempore isto venientem reverenter recipe
1o nos oportet. Primo propter statum quia rex iste
est valde excelsus et sublimis quod non tantum
dicitur Ecce rex. Apoc. xix. habens in vestimento
et in femore scriptum rex regum et dominus dominancium.
Et tamen multi negant ipsum regem dicentes Io.
xix. Non habemus regem nisi cesarem. Christus
autem dicitur benedictus. Cesar dicitur accedendo. Tales
igitur respuunt Christum regem benignum et eli-
gunt sibi dyabolum cedentem. Iste rex Christus habet
regnum. De quo dicitur Phil. ii In nomine ihesu omne
genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Habet enim tres
b ordines militum quorum quidam sunt dicentes Istos
ponit in regno terre sed de quorum numero erat qui
dicebat Ephe. vi° non est nobis colluctacio
adversus carnem et sanguinem sed adversus prin-
cipes et potestates. Alii sunt milites triumphan-
tes istos ponit in regno celesti quibus post
victoriam dat coronam ii Thimo. ii° Non co-
ronabitur nisi qui legitime certaverit. Alii sunt suc-
cubentes et terga vertentes istos collocat
in carcere infernali. Ys. xxiiii Congregabuntur
in congregatione unius fascis in lacum et clau-
2o dantur ibi in carcerem. Secundo debemus ipsum libenter
suscipere propter affinitatem quia est frater noster et
propinquus noster quod non tantum dicitur tuus i. de tua
origine procreatus voluit enim Christus contrahere
contrahere cum natura angelica sed cum humana
Hebre. ii° Nusquam enim angelos apprehendit
sed semen abrahe apprehendit. Ex quo videtur quod inter deum
et hominem est maior fraternitas maior con
sanguinitas et maior cognacionis firmitas
fraternitas quidem que tantum causatur ex uno pa-
rente firma est sed que causatur ex utroque
parente firmissima. Angelus est frater Christi tantum ex parte
una scilicet patris eterni qui est pater Christi
per eternam generacionem et angelorum sed per crea
cionem. Homo vero est frater Christi ex parte patris
eterni qui est pater Christi per eternam generacionem
et hominis. Sed per creacionem ex parte matris
quia virgo beata fuit mater Christi et nostra. Unde
Christus nusquam vocat angelos fratres suos sed
homines dicens Ps. Narrabo nomen tuum fra-
tribus meis. Legitur Gen. xliii° quod Joseph i. suo
communis maiorem partem dedit beniamyn
qui frater suus erat ex utraque parte quam
ceteris qui tantum fratres sui erant ex altera
parte quia Christus duplicem refeccionem
homini dabit scilicet in sua divinitate et huma-
nitate. Angelis autem tantum in sua divinitate
reficit. Secundo maior est affinitas. Mag-
na quidem affinitas contrahitur quando aliquis
dat filiam suam alicui vel accipit sed maior
est quando utroque modo. Deus filiam suam scilicet
ymaginem suam et similitudinem scilicet angelo
dedit quando ipsum ad ymaginem suam creavit
Sic nos ad ymaginem suam dedit et insuper
sororem nostram scilicet humanam naturam filio
suo accepit. Re. ii° Recordatus sum tui
miseratus adolescenciam tuam et caritatem desponsacionis tue.
Eusebius xxxi° Quantam caritatem habuit deus
te et iudeos circa te in te. Sed in sponsa
maritum noluit ubi dei alicuius mube
nam patuit ubi gloriosius. Tercio maior
est consanguinitas quando alter alicui attinet
eius ex una linea consanguinitatis maxima vero
quando ex duabus. Quando deus angelum ad ymagi
ginem suam creavit tunc quasi tanto de sua
progenie eum fecit hominem vero de sua pro-
genie fecit iuxta illud Act. xvii Ipsius enim
genus sumus. Genus ergo cum sumus dei est
et insuper de nostro genere ipsum fecit Ro. i
Qui factus est ei ex semine david secundum car-
nem. Quarto maior est firmitas cog-
nacionis. Cum triplex sit cognacio scilicet legalis
que est per adopcionem. Spiritualis que est

per baptismi regenerationem et carnalis que est
per propagationem Angelus attinet ipsis cog-
natione legali quia deus eos in filios adop-
tavit homo nos etiam attinet cognatione
legali quia deus ipsum sibi in filium adopta-
vit Ephe. 1o predestinavit nos in adoptione
filiorum Et spirituali quia eos in baptismo
in filios regeneravit Jo. iii nisi quis renatus
fuerit denuo non potest videre etc. Et carnali
quia christus de progenie hominis nasci
voluit et carnem et sanguinem accepit Heb.
iio Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini
et ipse similiter participavit eisdem Tertio
3 debemus ipsum libenter suscipere propter beneficium
quod non tunc dicitur Venit tibi i. ad utilitatem
tuam non enim venit ut auferret tua sed
ut daret sua / Omnia enim que habuit de-
dit nobis dedit scilicet regnum suum in possessionem
Mt. xxv possidete paratum vobis regnum a co-
m. Corpus suum in refectionem Jo. vi Caro
mea vere est cibus Et sanguinem suum in
ablutionem Apoc. 1o lavit nos a peccatis
in sanguine suo animam suam in redemptionem Jo.
x animam meam pono pro ovibus meis et divinitatem
suam in fruitionem Jo. xvii hec est vita eterna
ut cognoscant te solum deum verum Quarto debes
ipsum libenter suscipere propter officium quia non
habet officium sevire iuste sed pie unde quod non
tunc dicitur mansuetus / Circa quod sciendum quod
mansuetudo quedam est naturalis Quedam
acquisita que est quedam virtus infusa Prov.
iii Mansuetis autem dat gratiam Quedam
acquisita per industriam sive longa experien-
tia Sicut animalia domestica dicuntur
mansueta i. manui assueta Christus igitur
dicitur mansuetus a natura divina quia
deus naturaliter est mansuetus et pius
Ps. Tu autem domine suavis et mitis Ab hu-
mana natura quia de mansueto patre
scilicet David natus est Ps. Memento domine
David et omnis mansuetudinis eius Secundo fuit man-
suetus acquisita Christus enim sicut adeo eum
unxit quod mansuetum eum totaliter fecit Ys.
lxi Spiritus domini super me eo quod unxerit
ad annunciandum mansuetis misit me
Tercio fuit est mansuetus acquisita ex-
perientia quia longo tempore nostras infirmi-
tates est expertus et ideo fuit est valde
mansuetus Et sicut avis domestica
statim currit ad vocationem vocantis et avis
domestica ad vocationem i. venientibus
Sic christus adeo est domesticatus quia
statim ad quodlibet desiderium cordis mei in-

clinatur Ideo monemur Sophonie iii Querite
iustum querite mansuetum etc. Quinto debe-
mus ipsum libenter suscipere propter comitatum quia du-
cit comitatum similem quod non tunc dicitur Et sedens
super asinam et pullum filium subiugalis Jo. per asinam
significatur synagoga iudeorum que iugum traxit
per pullum ecclesia gentilium que tamquam filia
a synagoga fuit genita Christus igitur super
asinam et pullum sedit quia utrumque populum
sibi coniunxit Uterque tamen ligatus erat
vinculis peccatorum quia sicut dicitur Ad Ro. iiio
non est nobis distinctio omnes enim peccaverunt
etc. Iste funis conficitur ex multis filis
Primum mala cogitatio per delectationem de-
lectatio consensum consensus operationem
operatio consuetudinem consuetudo cordis
duritiam duritia vanitatem vanitas despera-
tionem desperatio mortem eternam Dixit duo-
bus discipulis Solvite et adducite michi etc.
peccator ii solvitur Ideo per infusionem gratie
prevenientis Ps. Dominus solvit compeditos et
a sacerdote merito contritionis Jo. xx Sol-
vite fasciolas dependentes et amisit dei po-
testatem iurisdictionis habentes Mt. xvi Quodcum-
que solveris super terram etc. sol. ii. Dnica scda Dnica 3a

Benedictus qui venit in nomine domini
Iste turbe videntes et audientes
christi magnalia et crebra mirabilia
que christus faciebat et maxime audientes
quod Lazarum quatriduanum suscitaverat sicut
legitur Jo. xi Sibi obviam processerunt ut ipsum
cum ymnis et dignis laudibus extollerent
dicentes Benedictus etc. In quibus quidem ver-
bis ponitur triplex primo enim ipsa turbarum dig-
na laudatio cum dicitur Benedictus Secundo ipsius
benedictionis ratio cum subditur venit Tercio ipsius
rationis explanatio cum subinfertur In nomine domini
Laus autem ista fuit digna ex parte laudantis
laudanti et rei laudande et modo laudandi
Ex parte laudantis tunc laus est digna quando
iste qui laudat dignus est laudare quia
sicut dicitur Eccl. xv Non est speciosa laus in
ore peccatoris qui non est adeo missus peccatori ait
dixit deus tu cur enarras etc. Isti autem erant digni
laudare eo quod ipsum imitabantur fide et de-
votione Luc. dicitur Mt. xxi videntes pharisei
pueros clamantes Osanna etc. Isti autem dice-
bantur pueri non tantum propter etatem sed magis
propter innocentiam et puritatem Secundo fuit dig- 2
na ex parte laudati Tunc enim ex parte laudati
est digna quando iste qui laudatur est dignus lau-
dari Luc. dicitur dignus laude Ps. Laudabo
peccator in se sed ait non tamen laus est
dignus sed etiam omnem laudem excedit an-
gelicam et humanam Eccl. xliii Benedicentes

dominum exaltate eum quoniam potestas maior
est eius omni laude. Tercio fuit digna propter
rem laudandam. Tunc enim propter rem laudandam
laus est digna quando quis laudat de re
digna laude. Unde dicitur de hiis qui de malis
laudant. Ysa. iii. popule meus qui beatum te
dicunt ipsi te decipiunt. Isti autem Christum lau-
dant de re que erat digna laude. Ex eo quod
in nomine domini venerat. Quarto fuit digna
propter modum laudandi quia fiebat ab illis
qui precedebant et sequebantur. et etiam qui canti-
tabant. Illi qui precesserunt scilicet patri-
arche et prophete eum cum magno desiderio ex-
pectabant. Bernardus super Cantica. desiderium patrum
suspirantium Christi in carne adventum frequen-
tissime cogitans compungor et confundor
in meipso et nunc vix contineo lacrimas. Ita
pudet me proditoris corporis temporis istius temporis istius
miserabilium temporum horum. Cui namque nostrum tam
ingeat gaudium gracie huius exhibicio quantum
attendat veteres desiderata promissio. Tam-
tantes .i. apostoli eius vidiis audissime pascebant
tur miracula mirabantur et exempla imi-
tabantur. Nos autem qui sequimur debemus
semper ipsum laudare in ore per gratiarum actionem
Psalmus. semper laus eius in ore meo. et in corde
per mortificationem. i. Cor. vi. Empti enim
estis precio magno glorificate et portate deum in corde vestro et
in corde per meditationem. Deuteronomio vi. meditaberis
in corde per meditationem. Deuteronomio vi. meditabe-
ris sedens in domo tua et opere per imitacionem
quia secundum Augustinum Summa christiane religionis est
et quem imitari quem colis. Augustinus super Psalmos xxxx.
iiii. lingwa mea meditabitur. multum tota
die laudem tuam. dicit quicquid egis bene age
et laudasti deum qui cantas ympnum laudas
deum lingwa tua quid agit nisi laudat. Ces-
sasti ab ympno discedis noli inebriari et
laudasti deum. Cum dormis noli ad malefacien-
dum surgere laudasti deum negocium agis et fraudem
non facis laudasti deum. Secundo ponitur huius laudationis racio quia in
Qui venit. Ideo enim eum laudabant quia in
mundum venerat et nostram redemptionem peteba-
bat. Ex quo igitur ad nos venit per carnis sus-
ceptionem secundum eius rep... debemus
nos ornare et sibi reverenter occurrere assu-
mendo vestes albas et deauratas sive ru-
beas et varias. Vestis alba est ipsa puritas
de qua dicitur Apocalipsis iii. vestimentis albis in-
duaris ut non appareat confusio nuditatis tue
Vestis deaurata est ipsa caritas. Sicut enim
aurum non potest putrescere sic et caritas non
potest deficere. i. Cor. xiii. Caritas numquam excidit.
Est autem caritas vestis rubea quia facit
animam rubentem .i. igneis amore ferventem
Vestis varia est virtutum varietas de qua dicitur sim-
pliciter veste...bus Astitit regina a dextris etc. Ista
igitur illa anima que Christo advenienti occurrit cum
veste alba puritatis. cum veste rubea sive
deaurata caritatis cum veste varia multiplicis
virtutis. de tali dicitur per ultimo circumamicta veste
fecit sibi. Ecce vestis varia virtutum. Na...
ysidorus circumamicta vestis est vestis diversi
color... sit dicta eo quod in parte et amicta sit apta
bissus. Ecce vestis alba puritatis et pur-
pura indumentum eius. Ecce vestis rubea cari-
tatis. Sed autem illi et istum vero qui sibi ergo
occurrit cum veste nigra sanguinolenta et
sordida quis est homo qui patientur ferre
posset si sibi de ultimis maximis partibus ve-
nienti occurrent habens vestes nigras
sanguinolentas et sordidas nonne eam cum cal-
cibus truderet et tanquam insana et adul-
teram repudiaret. Illa igitur anima habet
vestem nigram que non habet candorem
puritatis sed nigredinem peccati mortalis.
Non enim est olla magis nigra quam anima
in peccato mortali posita. Naum ii. facies ho-
minis sicut nigredo olle. Ideo tales homines
quando desinat vita exeunt nec a deo nec ab
angelis cognoscuntur. Trenorum iiii. denigrata
est super carbones facies eorum et non sunt cog-
niti in plateis scilicet urbis scilicet celestis. Illa ha-
buit vestem sanguinolentam que non habet
vestem auream sive rubeam caritatis sed habet
cor sanguinolentum pro odium proximi sue voluntatis
Tales cum veste sua comburentur in igne
infernali. Ysa. ix. vestimentum mixtum sanguine
in combustionem erit. et cibus ignis. Illa
vestem sordidam et pannosam que non habet
varietatem virtutum sed varietatem viciorum
Istam autem pannosam vestem apostolus abi-
ciendam amonet dicens Abiciamus opera
tenebrarum etc. Sed posset aliquis dicere possu-
unt utraque vestem scilicet vestem novam
virtutum et vestem viciorum veterem. Ad quod
dominus respondet dicens Mt. ix. Nemo mittit com-
missuram panni rudis in vestimentum vetus
etc. Tercio ponitur huius racionis explana-
cio cum dicitur In nomine domini. Et potest hoc
intelligi de triplici adventu scilicet de ad-
ventu in carne quia tunc venit in no-
mine domini .i. ad notificandum nomen domini Jo. xvii.
domini .i. ad notificandum nomen domini Jo. xvii.
Pater manifestavi nomen tuum hominibus. Vel de
adventu ad iudicium et tunc veniet in
nomine domini .i. potestate domini Ysa. v. potestate
dedit ei facere iudicium quia filius hominis est. Vel de ad-
ventu in mente qui est per peccati remissionem
et virtutis infusionem et tunc venit in nomine
domini .i. in gloria domini Psalmus. Sit nomen domini benedictum

appropinquabunt peccato in inferno qui gloria virtutis carentes sunt. Diffinit triplicem adventum designatum ecclesia in primo nocturno in matutinis tres versus decantat. primus designat adventum Christi in carne. Unde dicitur psalmus xlviii. Quique terrigene et filii hominum etc. Per terrigenas intelliguntur peccatores qui suam sequuntur originem quia sicut sunt geniti de terra ita affectant terrena. Per filios hominum intelliguntur iusti qui sicut racionales et racionabiliter vivunt. Unde secundum hoc igitur est utile audire Christi adventum in carne et iustis peccatoribus ut provocentur ad veniam et iustis ut acuantur ad graciam. Dicit igitur apostolus Vos terrigene et filii hominum audite istud grande miraculum quia simul in unum et in eadem persona dives et pauper Christus cum quantum ad naturam divinam fuit valde dives. quantum autem ad naturam fuit valde pauper. Istud tangit apostolus dicens ii Cor. viii. Scitis graciam domini nostri Jhesu Christi. qui cum dives esset propter nos egenus factus est. Secundus versus designat adventum Christi in mente de quo dicitur Qui regis Israel intende et Israel interpretatur vir videns deum. Ovis est animal mansuetum. Joseph interpretatur augmentum. Christus cum veniens in animam per graciam facit eam esse Israel id est virum videntem deum per fidem et tandem per speciem i Cor. xiii. Videmus nunc per speculum et in enigmate etc. Facit ipsam esse ovem per mansuetam conversacionem Gal. v. Fructus autem spiritus mansuetudo fides et facit ipsam esse Joseph per operum augmentacionem. Joseph interpretatur accrescens Gen. xlix. Filius accrescens Joseph. Tercius versus designat adventum Christi ad iudicium quo dicitur Excita domine potenciam tuam et veni etc. Modo enim dormit iusticia dei quia peccatores non punit. Vigilat autem eius misericordia quia omnes ad penitenciam recipit Is. xxx. Expectat nos dominus ut misereatur nostri. In iudicio autem dormiet misericordia Ps. lxxvi. Clausa est ianua scilicet misericordie. Vigilat autem iusticia Ps. Cum accepero tempus ego iusticias iudicabo etc. **Dominica secunda sermo primus.**

Erunt signa in sole et luna et stellis Luc. xxi. In precedenti dominica actum est de adventu Christi in carne qui est adventus amoris. Hodie autem agitur de adventu in iudicium qui est adventus timoris. Et amor nos ad bonum invitet et timor nos a malo revocet. quando autem aliquis rex ad bellum est processurus omnes conveniunt ut sciant proficisci. Sic rege Christo ad iudicium veniente omnis creature

pertinet quomodo et contra malos armantur. Ideo igitur evangelio ponitur commocio quadruplicis creature scilicet creature celestis terrestris et racionalis et intellectualis. Primo vero ponitur commocio creature celestis cum dicitur Erunt signa in sole et luna et stellis. Que autem sint ista hic non exprimuntur sed Mt. xxiv determinantur ubi sic dicitur Sol obscurabitur et luna non dabit lumen suum et stelle cadent de celo. Signum igitur in sole est obscuracio solis que quidem obscuracio in quatuor modis accipi potest. A
Primo quantum ad lucis privacionem. Tunc enim fiet eclipsis universalis que aufert lucem ab omnibus partibus terre. que in nulla alia eclipsi fieri consuevit. Ista enim eclipsis ab aliis differt tum quia erit universalis. tum quia diu durabit. tum quia non fiet per lune interposicionem sed per divina virtute et hoc faciet sol in signum meroris pro morte humani generis. Cum pater familias moriente tota domus eius turbatur. familia plangit et induit se nigris vestibus sic humano genere deficiente propter quod facta sunt omnia deficient celi luminaria. lugent. et candore deposito tenebris induuntur. b
Secundo quantum ad maiorem lucis supervenientem. Nam 2 Is. Sol obscurabitur non diminucione sue lucis accedente sed maiori luce superveniente domini. Sicut enim orto sole luna et sydera mox absconduntur. orto sole. Sic in gloriosa Christi apparicione sol obtenebrescet et luna non dabit lumen suum. 2
Tercio quantum ad conversacionem expositorum ut sit sensus Sol obscurabitur id est tam severa erit vindicta quod eciam sol ipsam respicere non audebit. Aug. Maior est dei iudicii et tormenta penitenciam neque sol neque luna aspectum eius respicere poterunt sed retrahent splendorem suum non quia clemencior sit dei iudicio sed quia omnes creature dei malorum vindicta et dei sui iudicio pertimescunt. 3
Quarto quantum ad Christi gloriosam glorificacionem. Iste enim sol est Christus qui tunc erit valde absconditus quia predicacione et miraculis non clarescet Apoc. viii. Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus. Christus autem erit valde clarus quia erit ubique predicabitur et miracula facere videbitur. In sole secundum Aug. tria considerantur scilicet quod est quod lucet quod calet. Similiter in Christo tria sunt scilicet sapiencia sua bonitas et suavitas. quantum ad ista tria sol obscurabitur quia nullus audebit confiteri Christum deum. sed homines putabunt ipsum non fuisse doctorem veritatis sed magistrum erroris. Secundum P 3m 2m

signum lune est obscuritas ¶ Et luna signi-
ficat ecclesiam que tunc obscura erit. quia nec mi-
raculis radiabit nec doctrine fulgore fulge-
bit. quamvis sibi deus posuit lucem lumen proprium
communicare sicut soli noluit tamen ut luna
a sole illuminaretur tribus de causis ut dicit
Damascenus libro ii. scilicet propter pulchritudinem ordi-
nis armonie propter mutua subministratione
gre. propter humilem subiectionem ait enim sicut
a sole illuminatur luna non apparentem dare
sibi proprium lumen. sed ut nexus et ordo ser-
vetur creaturis regentis et ut cum diami-
netur creaturis regentis et gubernatori
subici primo quidem dominatori et gubernatori
omnium. deinde hiis qui ordinati sunt ab ipso
principibus. appellat autem Damascenus nexus
principibus ... pulchritudinem quandam ar-
mum et ordinem pulchritudine quandam ar-
moniam que debet esse in universo dei ¶ Est
enim quoddam corpus quod infundit et non
recipit lumen ut sol ¶ Est autem aliud quod
recipit sed non infundit sicut terra et ideo
ut esset nexus et ordo et armonia oportuit
quod esset tercium scilicet quod recipiat et infundat sicut
luna ¶ Ista autem superior triplex vero tunc re-
manebit. et ideo luna ecclesie non tunc
ista tunc obscurabitur ¶ Tunc enim removebi-
bitur omnis pulchritudo et ordinatio qui-
a superbus exaltabitur et reprobus humiliabi-
tur ¶ Et x capitulo stultum in dignitate sublimi dig-
nitates sedere dixisti ¶ Tunc eciam minuitur
erit subministratio quia omnes diligunt
propriam utilitatem et non fraternam caritatem
ii ad Thimotheum iii ¶ In novissimis diebus instabunt
tempora periculosa et erunt homines se ipsos amantes
et quod ... habundabit iniquitas et refri-
gescet caritas multorum ¶ Tunc eciam removebi-
tur subiectio obediencie quia tunc regna et imperia
recedent ab obediencia ecclesie et a fide. ad Thessalonicenses ii
nisi venerit discessio i. Thessalonicenses iiii. In diebus
novissimis discedent quidam a fide Lucas ¶ Sicut
homo circa mortem multas patitur fantasias
sic mundus in exitu antichristi multos patietur
errores. ¶ Tercium signum est quod stelle cadent de
celo sed non videtur quod hoc posset esse cum
celum sit incorruptibilis et secundum auctorem
celum sit maiores terra ¶ Et ideo eas
multe celum sit maiores terra ¶ Et ideo eas
terra capere non posset ¶ Sed dicendum quod stelle
tribus modis accipiuntur scilicet proprie. similitu-
dinarie et transsumptive ¶ Singulariter accipi-
untur proprie dicuntur cape dupliciter ¶ Aut igneas
comas emittendo quia omnia sydera sta-
cionaria et erratica et obediencia cre-
atori nigras de se comas emittent ut bi-
cium adventum iudicis intimeant ¶ Aut lu-
men retrahendo quia per aliquot dies lu-
men retrahet lumen suum ut minime vi-

deantur Iohel ii ¶ Stelle retraxerunt splendorem
suum ¶ Stelle autem similitudinarie dicte sunt
quedam impressiones et coruscaciones in
aere generate que tunc pacerem frequenter
discurrunt et terrorem maiorem ¶ Apocalypsis ... ¶ Dicuntur
discrete emissiones fulgorum ¶ Stelle trans-
sumptive dicte sunt sancti ¶ Qui velut etiam qui sa-
lubebant ¶ Tunc de celo i. de ecclesia cadent
legimus autem stellas cecidisse per terram scilicet
per caudam draconis ut habetur Apocalypsis xii ¶ Cau-
da eius trahebat terciam partem celi stellarum
et misit eas in terram per fine mundi. ut habetur ... ¶
viii ¶ Et cecidit de celo stella magna ardens
tamquam facula et per circum habet ut habetur Da-
niele viii ¶ Antichristus igitur quosdam decipiat
per miraculorum operacionem. et istos trahet
per caudam ¶ Sicut enim cauda operit turpitu-
dinem bestie. sic falsa operatio miraculorum
operiet antichristi iniquitatem. quosdam per
donorum largitionem et istos decipiet per ...
mortis Glosa super illud Danielis iii ¶ Tiram
dei subdidit stimulo. quos etiam antichristus
suo terrore non poterit subiugare ¶ Quanta
subiugabit. quosdam per potenciam et ter-
rorem illacionem et istos decipiet per
tormentorum. Hinc Gregorius robustos quippe antichristus
interficit ... cos qui mentem in uti sint
corporaliter vincit ¶ Tercio ponitur conmatio per certe
trestris tam tunc quam maius cum dicitur ¶ Et in
hoc expressiva generum est ¶ Tunc enim maior
erit pressura gencium quam unquam fuit ita
quadrupplex enim tribulatio inveniuntur
prima fuit tyrannorum. secunda hereticorum. tercia
ypocritarum. quarta antichristi ceteris maior. Unde
Danielis vii. videbam in visione noctis
et ecce quatuor bestie magne ascende-
bant de mari et prima quasi leena ¶ Ista est
crudelitas tyrannorum secunda similis est urso
et ista est vesania hereticorum. tercia quasi pardus
ista est varietas ypocritarum et dolus quarta
terribilis et fortis nimis ¶ Ista significat antichristum ¶ Con-
fusio autem maris tribus modis accipi potest
primo propter maris elevacionem et depressionem
nam sicut dicit Ieronimus se invenisse in analibus
hebreorum quod mare xl cubitos super omnes
montes elevabitur. et alio die sic deprimetur
ut vix apparere possit ¶ Illa autem talis elevacio
et depressio sine multa confusione soni-
tus fieri non habebit ¶ Secundo propter nova et
inaudita maris turbatione ubi ¶ Confu-
sio maris et fluctuum nec dum exposita est
nova sed dum multa iam aliunde con-
pleta sunt dubium non est quod sequitur pauca
que restant ¶ Tercio maris innovatione

3m
8 2
3
4

nam ab igne que faciem iudicis precedet
mare purgabitur et noua forma assuet
Apoc. xxi. Ubi tanquam mare vitreum Illa
aut talis purgacio pigmentum sine multo stre-
3 pitu et sonitu esse non valebit. Tercio ponitur
commocio creature racionalis cum dicitur Arescenti-
5 bus hominibus etc. Quatuor autem de causis
planta arescere potest et consueuit. Aut propter
modicam terre profunditatem Mt. xiii. Quia
non habuit altitudinem terre etc. Aut propter radicis
siccitatem sicut patet Ione iiii. de hedera. Aut
propter sterilitatem sicut patet in ficulnea ste-
rili cui xpistus maledixit et statim aruit.
Aut propter estus immensitatem Iac. i. Exortus
est sol cum ardore et arefecit fenum. Qua-
tuor autem genera hominum tempore antixpi arescent
Primi qui non profundati in dilectione dei Thi.
ii. Quia aduentum etc et subdit eo quod ca-
ritatem dei non receperunt etc. Secundi qui erant
vacui in fide qui in radice Luc. xviii Filius
hominis veniens putas inueniet fidem in terra
Tercii qui erant steriles in bono opere Mt.
xxiiii Sicut fuit in diebus Noe etc. Quarti
qui erant estuantes igne male concupiscencie
unde de illis qui tunc erunt dicitur ii. Thi. iii
quod erunt incontinentes et Ambrosius dicit Dan.
xi quod erunt in concupiscenciis feminarum. Quarto
r ponitur commocio creature intellectualis i.
angelorum cum dicitur Nam virtutes celorum mo-
uebuntur. Ista autem commocio causabitur ex
tribus. Primo ex timore cum videant venientem
Iob xxvi Columpne celi contremescunt
Beda Quid facient tabule cum tremunt co-
lumpne quid virgula deserti patitur cum
cedrus paradisi concutitur. Secundo ex ammiracione
pugne et quantum ad hoc sic loquitur Crisostomus
quando si dominus aliquis rex processurus est
ad bellum contra aliquam expedicionem ma-
gnam in populo dignitates omnes mouebuntur
et exercitus comitatur tota ciuitas feruet
quanto magis rege celesti exurgente in-
dicare viuos et mortuos angelice uir-
tutes commouebuntur. Terribiles insuper tribule-
cionum precedentes ante ipsum fulgura vina p-
lumine precedit pertubis horrenda com-
mina. Tercio ex terrore diuine vindicte Iob
xli. Cum sublevatus fuerit timebunt an-
geli quoniam purgabuntur. Crisostomus. Quamuis
angeli conscii sibi non sint videntes tam
infinitas multitudines condempnari non
intrepide illic stabunt. Sermo secundus

Tunc videbunt filium hominis venien-
tem etc. Sicut dicit ysidorus in
libro de summo bono In qualibet
iudicio quatuor persone requiruntur scilicet
iudex reus accusator et testis et quia
istud ewangelium de aduentu xpi ad iu-
dicium loquitur ideo iste quatuor persone in
isto ewangelio exprimuntur. Prima iudicis cum
dicit Tunc videbunt filium hominis etc. Secunda a
persona rei cum dicit Arescentibus hominibus
Tercia persona accusatoris siue accusatorum
cum subdit Erunt signa in sole et luna
etc. Quarta persona testis siue testium cum
dicitur Nam virtutes celorum mouebuntur. Primo pq°
ergo ponitur persona iudicis i. xpi qui in
forma hominis iudicabit ut bonis det
consolacionem et malis conturbacionem.
Au. Vere pro miraculo et deus tocius con-
solacionis vult per hominem homines iudi-
care ut in tanta perturbacione malorum ho-
minum fiducia prestet similitudo nature. Iste
autem iudex tam vere iudicabit quod iudi-
cium suum nullomodo corrumpi poterit. Qua- b
tuor autem modis ut dicit ysidorus cor-
rumpi iudicium consueuit scilicet timore
amore odio et munere. Corrumpitur quidem nolle
timore unde dicitur Eccl. vii Noli querere fieri
iudex nisi virtute irrumpere valeas iniquita-
tes ne forte pertimescas faciem potentis etc.
Ysidorus Cum metu potentis veritatem
occultat eiusdem veritatis iram sibi prouocat
et plus pertimescit homines quam diuinam
trepidet magestatem. Secundo corrumpitur
munere Eccl. xx. Xenia et dona excecant
oculos iudicum. Aug. verbi adeo cupidita-
tis inoleuit malum ut ex consuetudine ia-
m vendantur leges corrumpuntur iura sima
ipsa venalis sit et nulla iam causa pos-
sit esse sine causa. Tercio corrumpit odio
Quarto amore Cris. Pro quibus amor et
odium verum iudicium non agnoscant dicit
Greg. Iudicare digne de subditis nequeunt
qui in subditorum causis odium vel
graciam sequuntur. Iudex autem xpistus nullo istorum
corrumpi poterit. Non timore quia omnipote-
tissimus est Iob xxxvi Numquid timens ar-
guet te et veniet tecum ad iudicium ymo
quanto potenciores erant tanto amplius eos
seueriorem sencient ~~perferet~~ perferet Pape

Bo potentes po tar. par. Tercio amore quia
iustissimus est ideo contra falsos fratres
suos scilicet christianos durum sinapi promul-
gabit. Unde nichil valebit eis fraternitas
pro. Frater non redimet nichil natie co-
formitas ibi subditur redimet homo nul-
lius precij multiplicitas ibi subditur. Audi-
deo placata sed nichil sanguis christi preciositas
ibi inferuit et pium redemptionis aie sed
Tercio munere quia ditissimus est. Job. vj. Non
accipiescet cuiusquam precibus nec ut susci-
piet pro redemptione dona plurima. Job. Ve-
niet dies ille in qua plus valebunt pura
corda quam astuta verba et consciencia bona quam
marsupia plena. Augustinus Expectat dies iu-
dicij et adeuit ille equissimus iudex qui
nullius potentis personam accipit cuius pala-
cium nullus nec papa nec abbas nec episcopus nec
comes auro nec argento tunc corrumpere
poterit. Crisostomus Tunc nec divitie divitibus
nec parentes parentibus succedunt nec angeli
sicut solebat pro hominibus faciet verbum quia
nec iudicium non recipit. Non odio
qui optimus est. In eo enim qui optimus est
nec odium cadere non potest. Ipse omnia diligit
que creavit. Sap. xj. Diligis omnia que sunt
et nichil odisti eorum que fecisti et quia di-
ligit ideo cum dolore et compassione punit.
Ysa. j. Heu consolabor super hostibus meis
et vindicabor de inimicis meis. Secundo
ponitur persona rei i. ipsi peccatores dampnandi
cum dicitur Discrentibus etc. Ipsi enim tunc in multo
timore et confusione erunt sicut ondit
Gregorius quam augusta tunc erunt vie
reproborum superius erit iudex iratus inferius
horrendum chaos a dextris peccata accusancia
a sinistris infinita demonia ad supplicium
trahencia intus consciencia mordens foris
mundus ardens. Tunc ergo fugies miser
peccator non poteris ascendere sursum quia ibi
est iudex iratus de cuius ore procedit gla-
dius bis acutus. Apoc. vj. dicent mon-
tibus cadite super nos et collibus abscon-
dite nos a facie sedentis super thronum nec
poterit fugere a dextris quia ibi sunt peccata.
Bernardus Tunc loquentur peccata simul et dicent
Tu nos egisti opera tua sumus et te non
deseremus sed tecum ad iudicium pergemus nec
a sinistris quia ibi sunt demones accusantes.
Augustinus presto tunc erit diabolus recitans quod
fecimus et in qua die et in quo loco peccavimus
et quid boni debuimus facere nec poterit se abscon-
dere intra se quia ibi vermis remordens ubi
ulterius vermis eorum non morietur. Nec poterit
fugere ad mundum quia ibi erit ignis ardens.
Ps. Ignis ante ipsum precedet restat igitur
nisi ut in fornacem descendat. Tercio ponit
accusatores cum non dicitur Erunt signa in
sole et luna etc. omnes enim creature peccato-
rem accusabunt. Credendum autem est quod tres
accusatores contra peccatorem stabunt. Primus est
totus mundus cum suis elementis et omnes
creature. De elemento aque dicitur Eccl. xlo.
Omnia quecunque sunt quasi plurium magnus de
ceteris alijs elementis dicitur Job xx. Devora-
bit eos ignis qui non succenditur revela-
bunt celi iniquitatem eius i. celum aereum quod
obtenebrabitur et terra surget adversus eum quia
fortissime concucietur. De alijs creaturis
dicitur Crisostomus super Mt. In illo die nichil est quod
videamus ubi celum et terra sol et luna dies
et nox et totus mundus stabit adversus
nos in testimonium peccatorum nostrorum. Secundus accu-
sator erit homo ipse omnia enim peccata que
nos sunt occulta contra perficient et sui
accusabunt auctorem. Si quidem tunica vesti-
mentorum accusabit vanitatem gloriosum
aurum metallorum accusabit avaricia et iniquam
edificium accusabit usurarium de quibus primus
Divitie vestre putrefacte sunt et vestimenta
vestra a tineis comesta sunt. Aurum et argen-
tum vestrum eruginavit et erugo eorum in tes-
timonium vobis erit. De tercio dicitur Abacuk ij.
lapis de pariete clamabit et lignum quod est
inter iuncturas edificij respondebit. Tercius accu-
sator est dyabolus. Augustinus Statuetur est contra
nos adversarius equissime iudex iudica
hunc meum ob culpam qui tuus noluit
hunc meum esse per gratiam tuus per naturam meus per miseriam
esse per gratiam tuus per naturam meus per miseriam tibi inobe-
diens per passionem meus per persuasionem tibi inobe-
diens mihi obediens. A te accepit immor-
talitatis stolam a me accepit hanc pannosa
tunicam qua vestitur tunicam tuam vestem amisit
qui indutus est tunicam. Equissime iudex iu-
dica hunc meum esse et mecum dampnandum
tibi si diligeter attendas dyabolus quidem
allegationes ponit per quas fecit ondit
esse dampnandum. Tercio ponit testes cum
dicitur Virtutes celorum movebuntur i. angeli nobis.

ad custodiam deputati / Deus aut sur testes
petar habebit Deum supra se s. Jere Je. xx
ix. Ego sum iudex et testis dicit dominus
Sedens intra se salz conscia Aug9 Cum se
futuz iudicem timeo testimonium conscientie
tue / Deus iuxta te s angelum ad custodia
deputatu Job xx. Reuelabunt celi i angli
iniquitate ei9 / Iddo heteri hic q uirtutes
celoz i angelice potestates commonebunt
ut peccatores arguant et contra eos testimoni9
ferant rectu **Sermo tercius de eod**

Tunc videbunt filiu hominis uenientem
in nube cu ptate mag. et ma-
iestate. Sapiens iudex quadruplicat in
suo iudicio procedit / Ipse eni causas et cul-
pas diligent examinat · examinatas po-
derat · ponderatas sententiat · sntiatas
execucioni mandat / Taliter in extremo
iudicio / iudex eternus predz / Bd iunbis
pmissis de ipo in9 ar sequitur · salz. q ipe
apparebit in forma humana ad examinand.
Veniet cu societate decora ad ponderand.
cu potestate multa ad sniandu cu ma-
iestate magna ad exequend / Primo igit
apparebit in forma humana ad examinand
vnde dr · Tunc videbunt filiu hominis / Eius
eni iniquati est filius hominis ipu et ex
aminare sicut habe Mt xxv. Cu venerit
in9 filius hominis in maiestate s examinat
ponderata ab ipo fienda / Cuiuinet no
de istis iudicii mand. de ista examinacione
dr Job xxix Causa qua nesciebam i
quia me fare ordebam diligentissime exa
minabam / Examinabit omnia cogitata
Sap. i. / In cogitacionibus impii interroga
cio erit / Augustinus / In illa die cogitaciones accu-
sabunt aias ul defendent · no inquz cogi-
taciones que tunc erunt sed iste que nunc
sunt in nobis quaz queda et singula
in corde no relinquent velud uicia q
maculo cord pcata sunt in illa die re-
uelari dicit / Secundo examinabit omnia
uba · no tantu maliciosa sed etia ociosa
Mt xii. / Dico de omni ubo ocioso q locuti
fuerit homines i ronez reddent in die iudi.
/ Tercio examinabit omnia fca / Ec ultio / Cuncta
que fiunt adducet deus in iudiciu etc
/ Quarto omnia bona neglecta / Bern. / Omne
tempus nobis impensum i requiret a nobis
qualit sit expensum / Quinto omnia tnia
ignorata Ro rogabat psalmista / Ignorancias

meas ne memineris / Secundo ueniet cu socie-
tate decora ad ponderand cu dr · Venientem
in nube i cum societate scoz qui dicunt
nubes quia sunt a terrenis elevati et i
celestibus conuersati / De quibz nubibz dr
Apoc. i / Ecce ueniet cu nubibz / Iudex
eni principalior postqum causa examinauit
conferre cu suis assessoribus consueuit q
culpe sic graues que leues que mediocres
ut secdm grauitatem uel leuitatem culpe de
tur grauitas uel pene / Sic et xpus post
qum culpas examinauit ipas de consilio
scoz ponderabit no q habeat grauitat
uel leuitatis plena noticia / Sed ut i hi
sas faciat honore et glam / Ps. Ut faciat
in eis iudiciu conscrip. gla hec est omnibz scis
ei9 · De ista ponderacone fienda dr Pu. xvi
Pondus et statera iudicia dni sunt / Solent
campsores in statera monetas ponderare
et eas quas ueniunt nullius ponderis i
nullius valoris · uel minoris ponderis igne
pciunt uel incidunt / Illas uero quas inue-
niunt equales uel maioris ponderis in
thezauro reponunt / Omnes homines qui in
iudicio extremo ~~assistent~~ assistent aut erunt
omnio vacui · aut semiplem · aut plem · aut
supplem / Ille eni est vacuus qui nulla
bona meritoria securu portauit et in pctis uita
finiuit / Talis in statera diuini iudicij appen
detur et sibi dicet illud Dan u / Appensus
est in statera et inuentus minus hns / Iste
proiciet in fornace inferni / Ille aut est semi
plenus qui pcta queda commisit ad primaz
commissus sed morte preuentus satisfaccionem
condignam age no potuit et etia pnia i
uncta sibi sufficiens no fuit / Talis similit
appendet et sibi dicet · Appensus e in sta-
tera et inuentus minus hns / Iste proiciet
in fornace purgatorij / Sed quia post pur-
gatorium no erit illi qui tales inuenient
in igne qui predz facie iudicis purgabunt
/ Ille est plenus qui quantu de lig tantu
satisfecit qui et si no habuit magna per
feccionis opa · habuit tamen ea que suffi[ciunt]
ad remissione culpe et acquisitionem gre
et glie / Talis similit appendet et sibi dicet
/ Appensus e in statera et inuentus est satis
hns / Ille uero est supplenus qui opa p
feccionis hunt uel qui sup satisfaccionem
multa merita cumulauit / Talis similit ap-
pendet et sibi dicet / Appensus est i statera

Qui odit fratrem suum homicida est Alia
per ipsa ut subitus motus ani sine qua
huius vita non ducitur quia sicut dicit Io Cum
nulla animi perturbatione monet ut sim-
pliciter dicat aut deus aut lapis est In ista
per omnem turbationem scilicet meritoriam i habitat
camera voluntatis debemus servare sedes
scilicet pessimam debemus abire tertiam in primis
saltem in quantum possumus debemus temperare
Secundo debemus cibos preparare videlicet materia-
lem spiritualem et celestem primum scilicet ma-
terialem preparamus in pauperum refectione unde
eum in paupere se reputat esurire et pasci
Mt xxv Esurivi et dedistis mihi manducare
Secundum cibum scilicet spiritualem debemus preparare
in sua inspiratione de quo dicitur Io iiii
Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei
Ipsum cibum Christus hostiam vadit querendo
iuxta illud Apoc iii Ego sto ad hostium et pul-
so si quis aperuit ianuam intrabo ad illum
et cenabo cum illo et ipse mecum hec e ponemus
ad simbolum i unione In ista autem
preter debet ponere tres partes scilicet contri-
tionem confessionem et satisfactionem Deus
autem tres alias partes ponit scilicet remissio-
nem culpe infusionem gratie et collationem
glorie Sed multi sunt conviviatoribus similes
qui semper vellent comedere de alieno et
magis de suo Sic enim tales libenter vellent
quod deus partes suas apponeret et ipsi nichil
de suis apponere vellent Tertium cibum scilicet celestem de-
bemus preparare in dei laudatione ps Beati qui
habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te
et dicitur cibus ce-
lestis quia sancti in celo tali cibo pascuntur
Ps Beati qui habitant in domo tua domine
Aug in libro de civitate dei Ipse erit
finis desideriorum nostrorum quia sine fine
videbitur sine fastidio amabitur sine fa-
tigatione laudabitur Sic quis amicum suum
libenter videt illa visio quandoque finitur Si quis
amat ille amor quandoque in fastidium vertitur
Si quis laudat vel canit saepe extolli-
tur actu fatigatur Sed tunc visio nostra non
habebit finem nec amor fastidium nec

b laus fatigacionem sed continuum feruorem.
Tercio debemus assumere uestes splendi-
das sponso consilies. xpus enim habuit in tempore
passionis uestem scilicet albas uestes. Apoc.
iii. Ambulabunt mecum in albis. Rubeas
ysa. lxiii. Quare rubrum est uestimentum
tuum. Caritas et uarias ps. Astitit re-
gina a dextris tuis in uestitu deaurato. i. xpi anima
que corpus suum laudabili uexit uestitu
caritate circumdata uarietate. Per istum modum
xpi sponsa i. quelibet fidelis anima debet
habere uestes albas per mundicie conserua-
tionem. Apoc. iii. Vestibus albis induaris
ut non appareat confusio nuditatis tue.
Rubeas per dominice passionis meditationem
ysa. lxiii. Vestiebat nos coccino in deliciis
Varias per feruentem caritatem. ps.
In fimbriis aureis circumamicta uarietate. Et uari-
as per plenitudinem multiplicitatem. Ecc. xlv. Ves-
timentis diuersoloribus etc. Dominica prima
post natiuitatem xpi
Erat yoseph et maria mater ihesu
mirantes super hiis que dice-
bantur de illo. luc. ii. In isto solu-
nt uba xpi fuerunt nobis in documentum et
ea que fecit sunt nobis in exemplum sed
etiam ea que circa eum et per eum facta sunt.
magnum nobis prebuit misterium sicut
patet in euangelio hodierno ubi uirtutes
spirituales ponuntur que sunt nobis ad instruc-
tionem et ad informationem. Ibi enim
instruuntur coniugati uidue uirgines et
pueri parentes et filii. Primo quod ibi in-
struuntur coniugati et hoc in maria et
Joseph inter quos fuit uerum matrimonium tamen
sine commixtione corporum. Maria quidem
honorabat sponsum suum eum sibi preferendo
luc. ii. Ecce pater tuus et ego. et sibi
obediens erat. sicut cum eam pregnantem secum
in bethleem iuit et postmodum in egiptum
fugerunt. Joseph honorabat sponsam suam
tanquam matrem domini sui. Uxor uero debet
uiro suo obedire. i. pet. iii. Mulieres
subdite sint uiris etc. Sicut Sara obe-
diuit Abrahe dominum eum uocans. Uiri
autem debent uxores suas honorare. Unde
Uiri similiter cohabitantes secundum scientiam quasi
infirmiori uasculo muliebri impertientes
honorem. Ambo autem scilicet uir et mulier
debent se inuicem precordiali amore diligere.

Quod enim uir suam uxorem diligere debeat
amore precordiali ostenditur ex prima for-
matione quia mulier formata est ex costa
corporis uiri iuxta cor ad innuendum quod
uir debet uxorem diligere. Ostenditur ex
ecclesie institutione que ordinauit ut in quarto
digito anulus sponse ponatur. sicut enim na-
turales quidam uena a corde procedit
que in digito quarto uidetur. Ideo dicitur anulus
in quarto ad innuendum quod uxor uirum suum
precordiali amore tenetur diligere. Secundo
instruuntur uidue et hoc per Annam uiduam
prophetissam. Dicit autem Augustinus in libro de
uita xpiana quod sunt tria genera uiduarum. b
Tria inquit genera uiduarum non ignoramus
te credo. Primum quod est sanctissimum et celesti
premio dignum quod die ac nocte deditum
est ieiuniis et orationibus de quibus apostolus
Thim. v. uiduas honora que uere uidue sunt.
Aliud quod intendit cure domus et filiis nec
tamen peccatis obnoxium. Aliud quod inten-
dit peccatis carnalibus et deliciis quod etiam mor-
ti seruatur et pene de quibus apostolus i. thi.
v. uidua que in deliciis est uiuens mortua
est. et quamuis ad omnes spectat orationibus in-
sistere precipue tamen hoc conuenit illis que
uere uidue sunt. Sicut dicit Augustinus triplicat
in quadam epistola ad probam, decorando eam
primo exemplo eius Anne uidue de qua dicitur
quod non discedebat de templo ieiuniis et obse-
crationibus seruiens die ac nocte. Secundo exemplo al- c
terius uidue importune cuidam iudici ut
eam uindicaret de aduersario suo quam dominus
commemorat et semper adorandum et non de-
ficiendum nos admonet ut habetur luc. xviii.
hoc etiam dicit Augustinus auctoritate apostoli qui ait
i. Thi. v. que uere uidua est et desolata
speret in deo et insistet orationibus nocte ac
die. Ideo autem apostolus dicit uidua et desola-
tam secundum Augustinum ibidem que non apprehendit
illam uitam ut est uera transitoria solatia.
Tercio instruuntur uirgines in hoc. quod ista Anna
uirginitate usque ad matrimonium corporale seruauit.
Per quod datur intelligi quod mulieres suam uirginitatem
usque ad matrimonium corporale uel spirituale debent
seruare et custodire. et tunc sponso carnali uel
spirituali illibatam fidem seruare. Est enim uir- d
ginitas preciosus thezaurus et ideo cum cau-

tela diligentius observandus et hec ma[ior]
nec propter vasis fragilitatem non est enim iste
thezaurus in vase fictili sed fictili Cor[inthiorum] iiii°
habemus thezaurum istum in vasis fictilibus.
Quartus thezauri inprobabilitate quia non
potest mercari vel in melius commutari
Eccl[esiastici] xxvi° Non est digna ponderatio con-
tinentis anime propter illius thezauri inrecupe-
rabilitatem Quamvis enim christus multa
miracula fecerit et multos mortuos susci-
taverit tamen virginitatem perditam nulli umquam
restituere voluit Ideo tamen omnia possit deus
virginitatem non potest suscitare post lapsum Jeronimus
autem sepe dicitur homo non posse facere et tamen
facit quamvis possit Sic etiam deus dicitur
facere non posse quia hoc numquam voluit facere
c Quarto instruuntur senes et hoc per Symeo-
onem senem de quo nichil certa dicitur quod erat ti-
moratus Illi enim qui in tota vita sua deo ser-
vierunt possunt de deo multum confidere Illi
vero qui tantum in senectute possunt de deo
multum timere In veteri lege deus preparat
quod sibi animal immolandum offeretur totum quoad
ad caput ad corpus et caudam Caput in
homine est ipsa etas scilicet adolescentia sive
iuventus Corpus est etas media ante hoc
scilicet etas virilis. Cauda est ultima etas
scilicet ipsa senectus Qui igitur dat deo suam
senectutem virilem etatem et iuventutem
r isti offerunt deo caput corpus et caudam
Isti de deo multum possunt confidere Qui non
secundo dant deo suam iuventutem sed postmodum deo
etatem virilem et senectutem Isti offerunt
caput dyabolo dant deo tamen corpus et
caudam Isti possunt confidere et timere Timere
quia caput hostie subtraxerunt confidere
quia corpus et caudam obtulerunt Qui
autem dant solummodo deo caudam isti possunt
multum timere ps[almus] Servite domino in timore
et exultate ei cum tremore. Quasi dicit vos qui
tota etate iuvenum et senectute deo ob-
tulistis exultate ei Sed cum tremore qui
iuventutem sibi abstulistis vos qui senectu-
tem tantum dedistis deo servite ei cum tremore
F Quinto instruuntur pueri per hoc quod dicitur pu-
er crescebat Sicut enim pueri crescunt
per etatem sic debent crescere per virtutem
Qui enim dies post auroram non crescit

inutilis esset quasi aurora anime que gratia
incipiens Sicut igitur aurora in lucem et
de luce crescit in perfectam diem Sic anima de
gratia incipiente et de proficiente in perfectam
prov. iiii Iustorum semita quasi lux splen-
dens Ecce aurora gratie incipientis procedit
Ecce lux gratie proficientis et crescit usque
ad perfectam diem Ecce dies gratie consummantis
Sexto instruuntur parentes qualiter erga fili- 5
os se habere debeant in seculo scilicet quia quod pa-
rentes ipsi ipsum puerum ad templum perduxerant
erant per quod ipsi parentes instruuntur ut fili-
os a pueritia instruant ut ad ecclesiam vadant
et dei mandata custodiant Pueri enim
tamquam cera mollis de facili ad omne opus
bonum ducuntur Sed postquam in malis ... du-
rantur vix ad bonum revocantur Prov. Ado-
lescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non
recedet ab ea Lu[ce] ... impressa puerorum et
iuvenum dicit Factum est cor meum tamquam
cera liquescens Sed in presentia illorum qui
iam indurati sunt sicut Aruit tamquam
testa virtus mea Tales enim ab omni hono-
re gratie expoliantur et numquam aut raro con-
vertuntur Ideo subdit Et lingua mea ad-
hesit faucibus meis et sepe in suis mali-
tiis moriuntur Et ideo subdit Et in pul-
verem mortis deduxerunt me Septimo 8
instruuntur filii quod propter dolorem parentum non di-
mittant quin deo serviant quod notatur per hoc
quod Symeon dixit matri Tuam ipsius animam
pertransibit gladius Filius enim dei non dimisit
quin crucem ascenderet et quin mortem usque ad
mortem perferret et quamvis sciret quod gla-
dius doloris mentem suam perforaret Tamen
matre etiam se absentavit ut operibus
dei insisteret quamvis sciret quod de sua absen-
tia mater multum doleret Luc[e] ii Pater
tuus et ego dolentes querebamus te Per
hoc etiam filii instruuntur quod non debet dimittere
propter dolorem parentum quin prime crucem ascen-
dant et quin mortem usque ad finem vite sue
perseverant et quin spiritualia opera et dei ser-
vitia utilitatibus parentum semper preponant
Ieronimus in epistola licet parvulus ex collo pendeat
nepos licet sparso crine et scissis vestibus
ubera quibus te nutrierat mater ostendat

lucet in limine patet. lateat per calcaneum perge
prem sicut quia aculis aduerbillum ... eno-
la. Holiman pietatis genus est in hac re
esse crudelem. gladium tenet hostis ut me
perimat et ego de lacrimis meis cogitabo.

Et dixit Symeon. Sermo secundus de eodem

Symeon ad mariam matrem eius.
Ecce positus est hic in ruinam
et resurrectionem multorum in israel et in sig-
num cui contradicetur et tuam ipsius animam pertransiet gladius.
Symeon spiritu dei plenus prophetauit de
christi passione et resurrectione et de mag-
no quem virgo beata habitura erat dolore
eciam maximo. In quibus verbis quatuor tangun-
tur quorum duo spectant ad nos, scilicet incussio
magni timoris. Alia duo que spectant ad vir-
ginem, scilicet Tytulus magni honoris. Affectus
magni amoris. Et gladius magni doloris.
1° Primo igitur quantum ad nos notatur incussio mag-
ni timoris cum dicitur. Ecce positus est hic in
ruinam. Christus enim fuit in ruinam malis qui
scilicet salubribus doctrinis eius ad suam perdicionem
utuntur. Tales enim exterantur exclusive moni-
tus et odore et infirmantur commedita-
ne. Ista tria exempla adducuntur a sanctis
Primum adducit Crisostomus dicens. Nam quando
lux splendet et sol radiat oculos debi-
les conturbat. Augustinus. Oculis egris o-
diosa est lux que puris est amabilis. Tales
enim sunt sicut noctue et vespertiliones que
a luce exterantur. Secundum adducit Apostolus
dicens ii Cor. ii. Christi bonus odor sumus
hys qui salui fiunt et hys qui pereunt. alys
quidem odor mortis in mortem. Alys uite in
uitam. Tali odore moriebatur Iudas qui au-
Io. xii. Quare hoc vnguentum non venundatum. et
Cutlim. Ille moritur bono odore de quo
aly viuunt. Tales sunt similes buffonibus
et serpentibus qui odorem vinee ferre non
possunt sed fugiunt. Tercium exemplum
adducit Gregorius dicens. Celestis medicus
non despicit egros quos de medicamen-
to deteriores fieri videt. Ier. li. Curauimus
Babilonem et non est curata. et Ierem.
xxx. Insanabilis fractura tua pessima
plaga tua. Secundo quantum ad virginis ponitur
tytulus magni honoris in hoc quod mater

christi nominatur. Magnus enim honor est eundem
filium habere cum deo. magnus honor illius ma-
trem esse cuius deus est pater in
celis. Ipse autem filius eam tanquam matrem
karissimam honorauit in natiuitate sua
quia salua virginitate de ea nasci voluit
quod nunquam alteri fuit concessum. Vnde dicitur
Sicut sydus radium profert virgo filium.
In uita sua quia sibi obediens fuit Luce
ii°. Erat subditus illis. In morte sua quia
eam iohanni sollicite recommendauit ut habetur
Io. xix. post resurrectionem suam quia sibi
primo apparuit. Vnde dicit Sedulius. Semper
virgo manens huius sensibus astans luce
palam dominum prius obtulit et post ascensionem
suam quia in suam gloriam eam duxit et ad
dexteram suam eam suscepit. Psalmus. In voluntate
tua deduxisti me et cum gloria suscepisti me
Tercio quantum ad virginis ponitur affectus magni
amoris cum dicitur. Et tuam ipsius animam etc. 3°
Hoc verbum modis intelligi potest. Primo sic tuam
ipsius animam id est ipsam tuam animam vel tuam
ipsius animam id est animam ipsius que est tua
vel tuam ipsius animam id est tua anima que est
ipsius et hoc non propter naturam indiuiduae substantie sed
propter vnitatis caritatis in mente. Desola- . t.
enim anima beate virginis dici potest quod sit
fily et commissa quia nunquam fuerunt neque pos-
sunt esse due anime tam singulari amore
coniuncte. Erat enim anima virginis anime fily sic
per amorem vnita quod tota in fily amorem
erat commissa. Sicut enim ferrum missum in
igne totum efficitur ignis. Sic marie anima
succensa caritate tota effecta est cari-
tas. quia tota erat liquefacta. Sicut enim
aurum ad calorem ignis totum liquescit
sic eius anima igne amoris inflammata
tota erat liquefacta. Can. v. Anima mea
liquefacta est quia tota erat languida. a-
mor enim spiritualis facit animam languidam
et infirmam in amando terrestria vel terrena
sed forte et robustam in amando celestia
ii Cor. xii. Cum enim infirmor tunc for-
cior sum et potens et quia anima virginis
tota ab amore mundi defecerat et dei

amore plena erat ideo se langwidam esse
dicebat Can. ii° in cratere dilecto quia amo-
4° re langweo. ¶ Quarto ex parte virginis
ponitur gladius magni doloris cum dicitur
pertransibit gladius. Per hoc quod dicitur gla-
dius ostenditur quod dolor fuit magnus. Per hoc
quod dicitur animam ostenditur quod dolor fuit intimus.
Per hoc quod dicitur pertransibit ostenditur quod dolor
fuit transitorius quia in gaudium est conversus.
Ps. Ad vesperum demorabitur fletus et ad ma-
tutinum le. Et quia sine multo dolore non potest
aliquid amitti quod cum multo dolore fuerat
possessum ideo videamus quantus matris ad
filium fuerit amor et tunc videre poterimus
quantus etiam fuit dolor. Sicut in Christo
3° Christus fuit verba sive caro anima et deitas erat
igitur inter matrem et filium triplex connexio
scilicet carnis ad carnem secundum naturam animae
ad animam secundum amicitiam spiritus ad gratiam deitatis
secundum gratiam. Amabat igitur virgo beata Christum
amore naturae tanquam filium suum amore
amicitiae tanquam amicum suum amore gratiae
tanquam creatorem suum. Desecabatur igitur
caro virginis videns carnem Christi tam cru-
deliter laniari. Vulnerabatur eius anima
videns animam Christi tam graviter contristari.
Lacerabatur spiritus eius videns deitatem
Christi tam ignominiose tractari. ¶ Iste autem
gladius qui eius animam pertransiit
secundum Ambrosium fuit gladius divini
sermonis. Unde dicitur Hebre. iiii° vivus est
sermo dei et efficax et penetrabilior
omni gladio ancipiti. Maria istum gla-
dium profundius inmissum habuit quia dei
misteria profundius ceteris penetravit et
verba dei semper in corde medullitus gestavit
et portavit. Luc. ii° Maria autem conserva-
bat omnia verba et cetera. ¶ Secundum autem Augustinum
iste gladius fuit gladius amoris. Unde
Aug. super Can. Est sagitta electa amor
Christi qui in animam Mariae non tantum tran-
siit sed pertransiit et nullam in pectore
virginali particulam vacuam amore reli-
quit. ¶ Secundum autem Bedam iste gladius
fuit gladius doloris quem tempore passionis
dominicae sustinuit. Unde ait Gladius dolo-
ris dominicae passionis eius animam pertransiit quia
non potuit videre filium crucifigi sine affe-
ctu materni doloris et si speraret resurre-
cturum. Augustinus. Eius animam pertransiit vis
doloris ut te plusquam martirem non im-
merito predicemus in qua nimirum
sensum corporeae passionis excessit affectus com-
passionis. Dam. Dolores quos pariens
effugit tempore passionis sustinuit. Sermo tertius

Ecce positus est. Sermo tertius
hic in ruinam et in resurrectionem
multorum in Israel et in signum cui
contradicetur. Fuerunt duo scilicet iustitia
et misericordia. Ps. Duo haec audivi quia potestas
dei et est tibi domine misericordia vel cetera. Potestas
dei est ad puniendum sperantes in peccatis et
divitiis. Job xxv. Potestas et terror apud eum
est qui facit concordiam in sublimibus
suis numquid est numerus militum eius et
tibi domine misericordia scilicet cum potestate ad puni-
endum sperantes in te. Eccles. iii° In habentibus
aut prosperis est multa malitia quia nec
iustitiam dei formidant nec misericordiam eius
desiderant. Primis autem praemissis primo
ponitur dei iustitia cum dicitur Ecce positus
est hic in ruinam. Secundo commendatur eius
misericordia cum subditur Et in resurrectionem
multorum in Israel. Tertio ostenditur hominis
malitia cum dicitur Et in signum cui contra-
dicetur. ¶ Circa primum notandum quod iustum est
ut mali homines ruant et corruant
triplici de causa. Primo quia se nimis
onerant onere scilicet peccatorum divitiarum et
turbationum. De cumulo divitiarum onerant et 1°
aggravant dicitur Abacuc ii° Vae ei qui
multiplicat non sua sed qui aggravat den-
sum lutum contra se. De peccatis onerant dicitur
in Ps. Quoniam iniquitates meae supergressae
sunt caput meum et sicut onus grave gravatae et cetera.
Aug. Congrue dicit iniquitates super
se gravatas quia iniquitates leves sunt
et dulces dum fiunt sed afflictionibus one-
rant quod etiam turbationes et irae ma-

lorum sunt graves. Hoc dicitur prov. xxvii Gra-
ve est saxum et onerosa est arena sed ira
stulti utroque gravior. Istud triplex onus deponere
dum monet apostolus dicens hebr. xii deponentes
omne pondus quo ad primum et circumstans nos
peccatum quo ad secundum per patientiam curramus ad propo-
b 2 situm nobis certamen quo ad tercium ¶ Secundo iniustum est
quod innitatur quia debilis se appodiat. appodiatio
non se modo appodiant se rei fluxibili ideo
ipse mundus comparatur fluvio ii Reg. xiiii
Omnes morimur et quasi aqua dilabimur
in terra que non revertuntur. appodiant se rei
debili et ideo mundus assimilatur baculo a-
rundineo Ysa. xxxvi Ecce confidis super ba-
culum arundineum appodiat se rei corporee
casui ideo mundus assimilatur parieti incli-
nato ps. Tamquam parieti inclinato et macerie depul-
se. Qui autem appodiat se deo cadere non possit
quia appodiat se petre firmissime quam flux-
ibilem ps. petra refugium erinaciis
hoc est peccatoribus. appodiant se turri fir-
missime contra debiles prov. xviii Turris
fortitudinis nomen domini. appodiat se monti
contra casus varietatem ps. Qui confidunt
in domino sicut mons Syon etc. ¶ Tercio iniustum est
3 ut intrat quia per viam tenebrosam et lubri-
cam ambulant ps. Fiant vie illorum tenebre
et lubricum. non est mirum si tales cadunt quia
1° interius habent cecitatem cordis Ro. i° Ob-
scuratum est cor eorum et insipiens. ideo
dicitur Fiant vie eorum tenebre prov. iiii° Via im-
piorum tenebrosa nesciunt ubi corruant ex-
terius habent lubricum carnis et ideo subditur
et lubricum Tren. iiii° lubricaverunt vestigia
nostra in itinere platearum nostrarum Je. xxxviii
demerserunt in ceno et in lubrico pedes tuos
Interius habent impulsum temptationis ideo
subditur Et angelus domini persequens eos.
Istum impulsum habent et viri sancti sed
deus eos defendit ps. Impulsus eversus sum
2 ut caderem et dominus suscepit me ¶ Secundo commendatur do-
mini(?) cum subditur Et in resurrectionem mul-
torum. resurrectio autem dicitur respectu casus
qui precessit. Illud cui dicitur resurge
quod prius ceciderat. magis ergo auditur

mia dei quando illum qui in peccatum ceciderit
resurgere facit quia homo per se potest in
peccatum ire sed non potest per se a peccato redire
ps. Spiritus vadens et non rediens. Cum
nisi deus valida manu sic mane solvat
peccatorem. usque ad mortem in peccatorum
vinculis permanebit. Sed multi sunt qui
semper volunt in peccatis dormire quos apostolus
increpat ad Ephesios v. Surge qui dormis
et exurge a mortuis et illuminabit te
Christus. Alii volunt semper sedere i. a bonis
operibus torpere et numquam ambulare i. per
bona opera se exercitare Io. xii Ambula-
te dum lucem habetis ut tenebre vos non
apprehendant. Alii in deliciis semper va-
care volunt Je. xxxi° Usquequo deliciis dissol-
veris filia vaga. Ista tria genera hominum
reprehendit propheta dicens. Surgite post-
quam sederitis qui manducatis panem
doloris etc. se dicat Surgite postquam satis
dormistis in peccatis postquam diu sedistis
vacantes a bonis operibus. postquam satis
manducastis vacantes in deliciis etc. a-
modo vigilate qui tam diu dormistis
amodo ambulate qui tam diu sedistis
amodo ieiunate qui tam diu manducastis
et dicit panem doloris quia delicie corpo-
rales que nunc delectabiles esse videntur in fu-
turo in dolorem et amaritudinem convertun-
tur Job xx Panis eius in utero illius
vertetur in fel aspidum intrinsecus. Tercio con- 3
ditio hominum malorum cum dicitur In signum cui
contradicetur. Ubi duo videnda sunt primo
quod est illud signum secundo qualiter ei con-
tradicitur. Signum autem est Christus de
quo dicitur Ysa. xiii Super montem caliginosum
levate signum. mons caliginosus erat
mundus qui errore excecatus prospera
mundi tamquam vera bona appetebat et ad-
versa tamquam vera mala fugiebat. Sed
super istum montem caliginosum levatum est
signum in quo hec tria sunt depicta scilicet
humilitas paupertas et carnis asperitas
De hoc signo dicitur Luc. ii Hoc vobis sig-
num invenietis infantem etc. quanta

humilitas qui cum erat sine principio in
fans brevis dici esse voluit ys. ix. par
vulus natus est nobis. Parvus voluit
esse quanta paupertas Luce. ii. dei filius in
cuius arbitrio erat eligere tempus elegit quod
molestius est presertim parvulo et
pauperis matris filio que vix pannos
habuit ad involvendum et ante cum tanta
necessitas esset nulla audio fieri pellicium
mentum. Positum in presepio. Ecce quan
ta carnis asperitas. Idem christus qui
non fallitur elegit quod carni molestius est
Illud ergo melius illud quod utilius illud
magis eligendum et quisquis aliud do
cet vel sentiat ab eo tanquam a seductore
cavendum est et sic christus docuit verbo et
exemplo. bona transitoria scilicet divicias
delicias et honores non esse vera bona
nec esse amanda. paupertatem vero et
nec esse amanda. et sui contemptum
molestias carnis et sui contemptum
non esse vera mala nec esse timenda. Augustinus
super illud Psalmi xiii. Cum propono sibi gau
dio et cetera. Dicit omnia terrena bona contemp
sit homo christus ut contempnenda mon
straret et omnia terrena mala sustinuit
et sustinenda precipiebat ut nec in il
lis quereretur felicitas nec in istis timeretur
infelicitas vel adversitas. Secundo videndum
qualiter isto ligno contradicatur scilicet hu
militati que est in ligno et vexillo
christi depicta contradicunt superbi. Ecclesiastici
xiii. Sicut abhominatio superbo humili
tas. Sic et omnis execratio divitis
pauper. paupertati carnis molestie contradi
cunt voluptuosi. Ecclesiastici xxxi. Audiet hic
virosus et displicebit ei paupertati con
tradicunt avari. Matthei xix. Cum audisset
adolescens verba hec abiit tristis erat
enim habens multas possessiones et cetera.

Cum factus Dominica infra octavas epiphanie
esset Ihesus annorum duodecim
ascendentibus illis Iherosolimam
secundum consuetudinem diei festi et cetera.
Luce ii. Quod dicitur secundum Augustinum quod non solum

verba dei sunt nobis documenta. sed etiam
verba facta sunt nobis exempla. et ideo
ea que hic dicta et facta sunt. a verbo
eterno et de ipso verbo non solum nobis in do
cumentum instructionis sunt. Sed etiam
in exemplum imitationis. Hoc autem in
evangelio instruit mater. matres
qualiter se debeant habere ad filios. In
struit filius filios qualiter se habere de
beant ad parentes. Instruunt mater et
filius omnes alios qualiter se habere de
beant ad se ipsos. Primo igitur instruuntur
matres quod ad filios habeant discretum
amorem. timorem et correctionem. Iste
amor matris ad filium discretus est qui
eum a puericia imbuit salutaribus dis
ciplinis. Sicut virgo beata filium [illegible]ebat
dum ipsum a puericia ad dei festa ducebat.
preceptum enim fuit filiis Israel. Exodi xxiii.
quod ter in anno scilicet in Aprili Iunio
et Septembri tria festa celebrarent
scilicet Pascha Penthecosten et Sceno
pegia. et quamvis longe positis a duabus
ultimis festivitatibus pro moribus causa
poterat remanere. A festo tamen pasche
nullus poterat se excusare nisi infir
mitas vel casus inevitabilis intueret.
Et quia ista erat paschalis sollemp
nitas ideo Ioseph et Maria Iherosso
limam ascenderunt et puerum ad templum
dei secum duxerunt. Sed multe mulieres
sunt que filios suos vel filias eorum
ducunt ad choreas quam ad ecclesias et ma
lunt eas ducere ad choreas quam dei que fuit
in ecclesia. Psalmo. Prevenerunt principes con
iuncti psallentibus in medio iuvencularum tympanistriarum. Ducunt
autem eas ad choreas mundi ubi puella sal
tavit et Iohannem decapitari fecit. Danielis
... ducentur a choreis mundi ubi de calo
re ad frigus de frigore ad calorem
perpetuo saltabunt. Iob xxiiii. Ad nimium
calorem transient ab aquis nivium et in
... cum quibus dicitur in ympno de virginibus. Quos pascis

2° 2 nit lilia sceptus coccus ingimi ¶ Secundo mater
debet habere timorem de filio ne scilicet
in potestatem dyaboli deveniat. Beata
enim virgo sicut dicit glosa ne sicut herodes
filium suum infantem occidere voluit timuit
sicut iam puerorum alii occiderent. Timebat quoque
et dolebat ne forte in potestatem Arche-
lai filii herodis venisset. Sed heu mul-
te sunt matres que sunt filios suos ab
herode id est a demone iam occisos et parum
dolere ac timere videntur. Dolet mater si
lupus terrestris rapiat et non dolet si lu-
pus infernalis aufert filium suum. dolet
si cadit asinus et non dolet si cadit fi-
lius. Bern. Cadit asina et est qui sub-
levet perit anima et non est qui sucur-
rat. Sed tales matres multum dolebunt quando
filios suos coram oculis suis videbunt
ad infernale patibulum duci et tunc eis
dici potest illud Luc. xxiii. Filie ierusalem noli-
te flere super me sed super vos ipsas flete
et super filios vestros. flebunt enim super seipsas
ut inducit eas ad compassionem. flebunt
super seipsas quia non adhibuerunt erga
filios debitam correctionem. flebunt super
filios quia videbunt traditos in eternam
dampnationem. Primas ergo lacrimas dominus re-
monet ne scilicet super ipsum plorent quia
1° non possunt eum ad iram inclinare. Ali-
as duas concedit ut scilicet super seipsos et super
filios suos plorent ac si dicat dominus. Noli-
te flere super me quia iniqua me ad mi-
serandum filiis vestris inclinare poteritis.
Sed flete super vos quia eos non cor-
rexistis et super filios vestros quia in perpe-
3° 83 tuo tormenta videbitis. Tercio mater
habere debet ad filios debitam correctio-
nem quod notatur in hoc quod beata virgo dixit
filio. Fili quid fecisti nobis sic. non ma-
ledixit filium nec conviciabatur sed com-
passive querit. Quod est contra multos pa-
rentes qui filios nimis exasperant super
eos nimis clamant nimis eos vitupe-
rant. Eph. vi. Et vos patres nolite filios
vestros ad iracundiam provocare etc. Man-
festum igitur filii sunt corrigendi subtle-

nitate sed mali cum severitate. omnes
autem cum discrecione et mentis tranquil-
litate. ii ad Thi. iiii. Argue obsecra in-
crepa in omni paciencia et doctrina. mali
enim arguendi sunt et increpandi. boni
obsecrandi. omnes autem cum paciencia tol-
lerandi et cum doctrina id est cum discrecione
moderandi. ¶ Secundo filius instruit filios r. n°
qualiter se habere debeant ad parentes.
habet enim homo tres patres scilicet celestem
spiritualem et carnalem. Puer autem ihesus
ad patrem celestem se habuit reverenter
quia ipsum et eius opera et negocia carna-
libus parentibus adimplenda preposuit. Di-
cens est quod me querebatis nesciebatis etc.
Aug. Amandus est generator sed preponendus
est creator. Secundo ad spirituales patres id est le- 2
gisdoctores se habuit sapienter et hoc in
tribus in quibus volentes addiscere instruit alias
et informat. primo in eo quod eos omnes tam-
quam nesciens audiebat. Eccl. vi. Si dilexe-
ris audire sapiens eris. secundo in eo quod
tamquam discere cupiens eos interrogabat. De-
utro. xxxii. Interroga patrem tuum et annun-
ciabit tibi etc. Tercio in eo quod tamquam
... et interrogans informatus sa-
pienter videbat. Eccl. v. Si tibi est intel-
lectus responde proximo tuo etc. Tercio ad
parentes carnales se habuit obedienter
quod notatur cum dicitur. Et erat subditus illis.
Bern. quis quibus deus hominibus. Aug. Eru-
bescat homo esse superbus quia humili-
atus est deus. Ex hiis instruimur quod ad
patrem celestem debemus nos habere cum
reverencia ad patres carnales vero cum
obediencia. Ad spirituales id est ad prelatos
cum subieccione devota. In hoc reprehendun-
tur quidam stolidi qui habentes prelatos
minus peritos illis subici dedignantur. Pe-
trus qui interpretatur agnoscens seniores po-
testates amputavit auriculam quia scientia
in clerico vel religioso sepe aufert obe-
dienciam. Tercio mater et filius instruit 3
nos omnes primo ut ad ecclesiam libenter
eamus quod notatur per hoc quod ihesus fuit ad tem-

plus devotus et in templo inventus libenter
enim filius in domo patris sui manebat unde
etiam veniens in terram primo ad templum ibat
Crisostomus primum erat boni filii ut veniens in terram
primo curreret ad domum patris sui Ille ergo
qui libenter stat in ecclesia signum est quod sit
filius dei Ille vero qui libenter stat in
thaberna signum est quod sit filius dyaboli
quia in domo patris sui libenter moratur 2°
ut in ecclesia usque ad finem sacri misterii per-
sistamus quod notatur cum dicitur Consumma-
tis quod diebus etc Sed multi sunt contrarium
facientes Refert Gregorius in dyalogo de quo-
dam monacho qui non poterat in orone stare
quod sanctus benedictus considerans vidit dyabolum
qui in forma nigri pueri ipsum per fimbriam
vestimenti eduxit de ecclesia Sicut enim
angelus devotos ad ecclesiam adducit et
adductos custodit eductos ad propria
reducit iuxta illud Judith xiii Custo-
divit me angelus domini et hinc euntem et
ibi commorantem et inde huc revertentem
Sic dyabolus quosdam ad ecclesiam ad-
ducit ut mulieres aspiciant quosdam ibi
detinet ut variis rumoribus intendat
quosdam recedere facit ne officium usque ad
consummationem audiat Tertio ut turbas
fugiamus si Christum nolumus amittere Beata
enim virgo in turba Christum filium perdidit legitur
in vitas patrum quod quidam in oratione quesi-
vit qualiter salvus fieri posset et audivit
Recede tace et fuge homines Luce xix legitur
quod zacheus Christum in turba videre non
potuit sed in domo sua quietus aspexit
Interrogatus quidam philosophus quid est
homini magis inimicus Respondit alter homo
Quarto ut verba dei in corde retineamus
quod notatur cum dicitur Maria autem conserva-
bat omnia verba hec Verba enim dei in
corde recondita nos aptius retrahunt
Ps In corde meo abscondi eloquia tua
ut non peccem tibi et a vielacione custodiunt vel
ferventer expandunt nos pungunt Ecclesiastes xii
verba sapientum sicut stimuli et quasi

clavi in altum defixi et ad amorem dei nos
accendunt Ps Sagitte potentis acute cum
carbonibus desolatoriis Quinto ut semper de bono in me-
lius proficiamus quod notatur per hoc quod dicitur quod
Jhesus proficiebat etate et sapientia et gratia apud
deum et homines Similiter et nos sicut pro-
ficimus peccatorum Sic etiam debemus proficere
virtute in virtutem debemus proficere sapientia id est
sapida scientia ut spiritualia nobis sapiant
et terrena desipiant Ecclesiastici vi Sapientia
doctrine secundum nomen eius Debemus etiam
apud deum et homines proficere in gratia id est
graciosa fama Matthei v Sic luceat lux
vestra coram hominibus ut videant opera vestra
bona et glorificent patrem vestrum qui in
celis est et sic erimus unguentum quo ad nos
saporosi quo ad deum et gratiosi quo ad
proximum etc. Sermo secundus
Remansit puer Jhesus in Jherusalem etc.
Karissimi sicut qui perdunt aliquem id est
utile est scire ea per que perditur
ut caveatur Salubre est scire ea per que
perditus recuperatur Utilissimum est scire
ea per que recuperatus custoditur Sunt
igitur quedam per que Jhesus perditur et illa sunt
quatuor Primo enim amittitur per incepta leticia
quod notatur per hoc quod beata virgo Jhesum suum ex-
pulsa in egypto fugata in tanta tri-
bulacione posita filium non perdidit Sed
postquam ad festivitates ivit ipsum amisit
per quod datur intelligi quod Jhesus sepe in adver-
sitate custoditur et in prosperitate perditur
Ecce David a Saul persecutus deum non deser-
vit postmodum autem regno adepto in ad-
ulterium et homicidium cecidit prosperitas
igitur mundana est sicut vinum purum quod cito
inebriat sed adversitati admixta est
sicut vinum mixtum quod sobrietatem generat
Ad litteram Jhesus etiam in magnis festivita-
tibus sepe perditur cum enim institute fuerint
ad utilitatem animarum vani homines eas
convertunt ad voluptatem tum talis
aut festivitates adeo replent Amos 8
Odivi et proieci festivitates vestras quia dies vestri
sunt et non mee Immo a diabolo deo inquam

abhominatione humana Psal. 4° dissipavit super
reliquias[?] bonum sectatus solempnitatem bonam
ademoribus defendit Tren. 1 Viderunt eam
2° c hostes et deriserunt sabbata eius Secundo amit-
titur per discordiam distractionem quam inimicum
quam notatur per hoc quod pueri eum amiserunt
eo quod a cetu discesserunt et se turbis in-
miscuerunt qui enim recedit a tranquillitate
cordis et dat se tumultui et mundane tur-
bationi deserit illum per dictum Regum iii x°viii
Non helias manens in solitudine deliciate
a deo pascebatur sed ad turbas se transfe-
rens vix aquam et buccellam obtinuit
quia quamdiu homo est inquiete mens nunquam
pascitur delectatione sed manens in turbatione
tali visitatione turbatur Sicut est etiam quod
filii israel mare rubrum non potuit nisi quod
prius mare transierunt quia nullus potest
recipere spiritualem delectationem nisi transeat
3 d mentis perturbationem Tertio amittitur per
vanam fiduciam unde cum ad festivitates ibat
secum et iuvenes secum pueri aut pote-
rant transire cum utroque parentum ideo ioseph
credebat quod esset cum matre ihesus et mater quod
esset cum ioseph et sic tali fiducia eum ami-
serunt Quidam nimis confidunt in suo sensu
et sapientia sed non est salomone sapientior qui
tamen deceptus fuit Quidam nimis con-
4° fidunt in sua fortitudine et constantia sed
nemo sampsone fortior nec petro con-
stantior qui dixit luc. xxii domine tecum pa-
ratus sum in carcerem et in mortem ire et tamen
utrumque cecidit Quidam nimis confidunt in di-
vitiarum temporalium et spiritualium opulentia sed
nemo divite illo qui induebatur purpura
et bysso temporalibus ditior Nemo david spiritua-
libus locupletior et tamen uterque cecidit Qui-
dam nimis confidunt in dei misericordia nichil co-
gitantes de eius iustitia Tales sub spe
venie abstinere multa peccata committunt
sicut Adam qui consensit uxori sue
sub spe venie abstinere omnes tales al-
loquitur dominus dicens Ier. 9 Non glorietur sapiens
in sapientia sua quo ad primos et non glorietur
fortis in fortitudine sua quo ad secundos et
non glorietur dives in divitiis suis quo ad tertios

sed in hoc glorietur qui gloriatur scire et nosse
me quia ego sum dominus qui facio iudicium
et iustitiam misericordiam quo ad quartos quia ipsum
cognoscere debent non tantum misericordem sed
etiam iustum iudicem Quarto amittitur e
per ignorantiam quod notatur per hoc quod dicitur Et
non cognoverunt parentes eius Si enim cogno-
vissent nunquam ipsum amisissent Sic peccator
sepe christum amittit quia periculum suum non
cognoscit ys. 6 Ignorantia durum est pluribus
nec captivus quia non habuit scientiam nulla
periculosior infirmitas quam illa que non
sentitur peccator enim infirmus usque ad mortem
et tamen non cognoscit et ideo medicum non
requirit Est enim sicut freneticus qui
ridet et parentes eius plorant Sic peccator
letatur lamentatur autem angelus ys. xxxiii
Angeli pacis amare flebunt Est etiam sicut
letargicus cum sinus pomponis[?] videtur dul-
cis et tamen est mortalis Iob xx cum enim
dulce fuit in ore eius malum abscon-
dit illud sub lingua sua etc. Tales sunt
similes illi de quo legitur barlaam qui ad
ramum arboris pendens et subtus se bara-
trum inferni videns questioni fami mellis
de ramo pendentis se dabat et de suo periculo
lo non cogitabat Secundo sunt quedam f
per que christus amissus recuperatur et illa
sunt contraria iam predictis primo enim
recuperatur per mundani gaudii exclusionem
quod notatur per hoc quod dicitur dolentes querebamus
te Sicut in epistola secunda christum facit paulus
Sic salubris tristitia facit ipsum invenire Augustinus
Quo invenerunt te bone ihesu in gaudio cum
te mater dolens vix invenit Ier. 31 In ultro
Maria stabat ad monumentum foris plorans
et quia plorabat ideo invenit Ier. 31 Luctum
unigeniti fac tibi planctum amarum Nullus gaudio
perveniet se invenire christum gaudendo quem vir-
go vix invenit dolendo magdalena lacrima-
do et tamquam unigenitum plangendo Secundo re- 2
cuperatur per cordis purificationem quod notatur per hoc
quod dicitur inter illum quod interpretatur visio pacis re-
dierunt Qui enim christum amisit per cordis tur-
bationem recuperare potest per mentis purificationem

deus cum cui sit amator pacis non habitat
nisi in corde pacifico ps In pace factus est
locus eius et in syon habitacio Sicut est quod
ymago hominis non conspicitur in aqua turbi
da vel commota sed in aqua lympida et
tranquilla · quia deus non videtur a corde
turbido sed pacifico et quieto Sicut e-
ciam quod apostoli receperunt spiritum sanctum sedentes
3 i. amminiculis quiescentes ¶ Tercio reperitur
per devotam oracionem quod notatur per
hoc quod maria ihesum reperit in templo
quod est domus oracionis Mt xxi° domus mea
domus oracionis vocabitur ¶ Deus cum aliquando
amittitur propter peccatum quod fit per ignoranciam
Sic amisit eum paulus qui dicit i Thi i
ignorans feci in incredulitate ¶ Aliquando per
peccatum quod fit per infirmitatem humanam Sic
eum amisit petrus qui dum mori timuit
xpm negavit ¶ Aliquando per peccatum quod fit per
certam maliciam Sic amisit eum david
qui adulterium et homicidium commisit
Sed omnes isti per oracionem eum reperierunt
Nam paulus tribus diebus et noctibus orans
ut dicit dominus Ananie Act ix Ecce enim
orat ¶ De petro dicitur Mt xxvi Et egressus
foras flevit amare ¶ David oracionem conti-
nuam fecit et veniam invenit ii Re
xij peccavi ¶ Quarto reperitur per completam
satisfaccionem quod notatur per hoc quod ihesum post
triduum invenit · Prima dies dicitur contricio
secunda confessio tercia satisfaccio Exod iii°
Ibimus viam trium dierum in solitudinem ut
ymolemus deo deo nostro ¶ Ideo sit sedula
per que ihesus reperitus custoditur ut semper
nobiscum habitare dignetur ¶ Ipse enim habitat
in descensu in nazareth cum maria et
ioseph Luc ii et descendit cum eis et venit
in nazareth habitat quidem in descensu i. in
valle humilitatis ps Valles i. humiles ha-
bundabunt frumento i. fructu de quo dicitur Jo xij
nisi granum frumenti etc habitat in nazareth
i. in flore puritatis ps Et [illegible] isto est
laus ipsius sancti cum ideo est quod pax Cant ij
Ego flos campi etc quia diligit florem pu-
ritatis et lilium convallium etc quia diligit
vallem humilitatis habitat cum ioseph i. cum
illis in quibus est augmentum sanctitatis ps Ibunt
sancti de virtute in virtutem videbitur deus deorum in syon
habitat cum maria i. cum illis qui lucem habent
fulgide contemplacionis quia maria illumina-
ta interpretatur Mt v Sic luceat lux vestra
coram hominibus etc Deus enim est lux et tenebre
in eo non sunt ulle · ideo ut habitet cum tene-
brosis stare non potest ij Cor vi Que partici-
pacio luci ad tenebras etc ¶ Sermo tercius

Pater tuus et ego dolentes quere-
bamus te etc Multi sunt qui ihesum
querunt et non inveniunt quia non
querunt eum tempore suo et loco et modo
Est enim querendus suo tempore · quia post tri-
duum est inventus ¶ Prima dies fuit tempus ante
legem et tunc patriarche eum quesierunt
sed eum invenire non potuerunt Sicut dicebat Moy-
ses Exo iiij Obsecro domine mitte quem
missurus es ¶ Secunda dies fuit tempus sub lege
et tunc prophete eum quesierunt et non inve-
nerunt Sicut david dicebat ps Domine
inclina celos tuos et descende ¶ Tercia
dies est tempus presens et ista die ihesus invenitur
ps Querite dominum dum inveniri potest
invocate eum dum prope est ¶ Quarta dies erit
post hanc vitam et tunc dampnati eum
invenire non possunt quantumcumque eum querunt
Sicut enim ille qui ficus vel uvas extra
tempus querit non invenit Sic illi qui
extra tempus presens deum querunt invenire non
poterunt Jo vij Queretis me et non invenietis
dampnati quidem deum invenient et non invenient
invenient quidem tamquam iudicem terribilem
sed non invenient tamquam misericordem Re ij
Re xiiij quod absolon infra biennium ante
regem david videre non potuit ¶ Quia et
anno proprio invenit sed tribus [illegible]
vocatus fuit homo quidem deum non invenit
in tempore legis nature nec in tempore legis scripture
sed tamen in tempore legis gracie ¶ Ergo aut tempore
post hanc vitam mali deum non invenient
ad premium sed tamen ad penam qui eciam tunc

tribus lanceis vulnerabitur. Prima lancea est
vermis conscientie. Secunda est ignis vehemens.
ys. vlt. vermis eorum non morietur et ignis
eorum non extinguetur. Tertia lancea est privacio
visionis divine ys. xxvi secundum aliam translationem
Tollatur impius ne videat gloriam dei. Secundo quem-
dus est ecclesie suo loco Joseph eum et maria
non potuit eum invenire apud seipsos nec in comi-
tatu hominum mundanorum nec inter cognatos et
notos sed solummodo in templo dei. Est enim
quadriplex amor scilicet proprius mundanus
domesticus et divinus. Non potuit igitur joseph
et maria christum invenire apud seipsos quia
non invenitur in amore proprio et privato. Talis enim
amor scilicet amor sui est valde periculosus quia
multorum malorum est affinis ii thy iii Erunt
homines seipsos
amantes cupidi elati superbi blasphemi
parentibus non obedientes etc. Secundo non inve-
nitur in comitatu hominum mundanorum quia non
invenitur in amore mundano sed potius mun-
dus ne inveniatur impedit Jo. xiiii Spiritum
veritatis quem mundus non potest accipere etc. et
inventum perdere facit quia est sicut sathanus
princeps Aggei i Qui mercedes congre-
gavit misit eas in saccum pertusum. Tertio
non invenitur inter cognatos quia non in-
venitur in amore domestico i. in amore parentum
Deut. Qui dixit patri suo et matri sue nescio vos et fratribus suis ignoravit et nescierunt filios suos hii custodierunt eloquium tuum et pactum tuum
Luce xxxiii Qui dixit patri suo
et matri sue nescio vos et fratribus suis ig-
noravit et nescierunt filios suos hii
custodierunt eloquium tuum et pactum tuum
servaverunt etc. Invenitur autem in templo
i. in amore spirituali et divino Jo. xiiii Si
quis diligit me sermonem meum serva-
bit et pater meus diliget eum et ad
eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.
Primos autem tres amores relinquendos
et quartum retinendum docuit dominus Luce
xiiii Si quis venit ad me et non odit
patrem suum et matrem suam hoc refertur
ad domesticum amorem parentes enim tunc non
sunt obediendi quando sunt mali vel quando
filios a servicio dei avertunt sicut dicitur ...

vel Inimici hominis domestici eius. Sequitur
adhuc autem et animam suam hoc refertur ad
amorem proprium et privatum nullus enim debet
animam suam odisse animalitatem suam amare
neque vitam suam carnalem sed debet eam
odire Jo. xii Qui odit animam suam in hoc
mundo in vitam eternam custodit eam. Sequitur
Et qui non baiulat crucem suam hoc refertur
ad amorem mundanum Ille enim crucem baiu-
lat qui crucifixus est mundo et mundus
sibi Gal. vi Michi mundus crucifixus
est et ego mundo. Sequitur Et venit post
me hoc refertur ad amorem spiritualem et di-
vinum venit namque post me non amando
terrena sed desiderando celestia sicut ego
amo et desidero non sicut adam qui ter-
rena dilexit et celestia deseruit i Cor. xv
Primus homo scilicet adam de terra terrenus secundus
homo scilicet christus de celo celestis. Tertio quem-
rendus est suo modo qui quidem modus
est triplex. Primo enim debet queri spiritualiter
quod notatur per hoc quod dicitur Pater tuus et ego
Joseph enim interpretatur augmentum et significat
bona opera que semper debent augeri. Maria
interpretatur illuminata et significat fidem que est
illuminans mentem. Interpretatur et stella
maris et significat caritatem sicut enim ceteris
stellis occidentibus illa non occidit Sic ce-
teris virtutibus deficientibus caritas non deficit
i Cor. xiii Caritas numquam excidit sive
prophetie evacuabuntur sive lingue cessabunt
sive scientia destruetur. Cum talibus igitur parentibus
christus est querendus et tunc invenitur
scilicet cum fide vera operatione bona et
cum caritate sincera. Si autem aliquid istorum
defuerit inveniri non potest. Nam sine fide
opera deo non sunt accepta Hebr. xi
Sine fide autem impossibile est quemquam
placere deo sine operibus autem fides mor-
tua est Jacobi ii Fides autem et opera
sine caritate apud deum inutilia sunt
i Cor. xiii Si distribuero in cibos pau-
perum omnes facultates meas caritatem

aut non haberem nichil michi prodesset. Quarto
debet querere lacrimabiliter quod notatur ex eo
quod beata virgo dixit dolentes querebamus te.
Triplici autem de causa beata virgo sic dolebat.
Primo quia secundum Origenem timebat ne puer
Jhesus ad celos redisset. Secundo timebat secundum
aliquos ne longe ad partes remotas abis-
set ut aliis nationibus predicaret. Tertio
timebat secundum glossam ne in manus successorum
F. Herodis devenisset. Hiis tribus de causis sancti
eum sepe lacrimabiliter querunt. Primo cum
lacrimis devotionis quando scilicet devo-
tionem solitam ab ipsis eis subtrahit et
quodammodo eos deserens in celum ascen-
dit cuius visionem desiderant dicentes
cum psalmista Redde michi leticiam salutaris tui.
Secundo querunt eum cum lacrimis contritionis
quas fundunt propter peccata que aliquando com-
miserunt propter que se ab eis tunc totaliter
elongavit prout dicitur longe est deus ab
impiis et longe est a peccatoribus salus.
Tertio eum querunt cum lacrimis compassionis
quas fundunt in miseriis et maliciis pecca-
torum qui Jhesum in manus Herodis id est demonis
tradunt et quantum est in eis occidunt
Hebreos vi. Rursum crucifigentes sibimet
ipsis filium dei. Tertio debet querere desidera-
biliter quod notatur in eo quod dicitur querebamus
te et nichil aliud. Quia te ipsum habentes
in ipso omnia bona possidemus. Sap. vii.
Venerunt michi omnia bona pariter cum
illa. Sed ille qui voluit habere cum ipso di-
vitias delicias et honores eum vere
non invenit sed penitus amittit. Job
xxviii. Non invenitur in terra suaviter viven-
tium id est carnalium et deliciosorum. Abyssus dicit
subdit non in me id est avara cupiditas qua
fundatur non habet quia sicut dicitur Eccl. v. Ava-
rus non implebitur pecunia. Et mare lo-
quitur non est mecum id est tumens superbia su-
perbus cum instar maris semper contra
alios fremet semper intumescit semper est
in motu turbationis. Ys. lvii. Impii quasi
mare fervens quod quiescere non potest etc.

Nuptie. Dominica secunda post [epiphaniam]. Nuptie
facte sunt in Chana Galilee et
erat mater Jhesu ibi. Joh. ii. Secundum
Bedam dominus interesse voluit nupti-
is ut statum matrimonialem sua presentia com-
probaret. Approbaverat enim prius statum virgi-
nalem in eo quod de matre intemerata virgine na-
sci voluit. Approbaverat statum vidualem in
eo quod ab Anna vidua benedici dignatus
fuit. Non restabat nisi ut statum matrimonia-
lem similiter approbaret ut per hoc daretur in-
telligi quod in quolibet istorum statuum potest
homo salvari et tres gradus sunt in hiis
tribus statibus secundum Bedam. Bona est inquit
castitas coniugalis, melior continentia vi-
dualis, optima perfectio virginalis. Nuptie
autem de quibus in isto evangelio agitur
quadrupliciter sunt commendabiles. Commen-
dantur enim a loco, a convivio, a convivatis,
a ministris. Primo in loco notatur magni
misterii congruitas. In convivio magni-
tudinis preciositas. In convivatis magna
nobilitas. In ministris magna stre-
nuitas. Primo commendantur a loco in quo
fuit misterii congruitas quod notatur in
eo quod dicuntur facte fuisse in Chana Galilee.
Chana enim nomen est ville in provincia
Galilee. Chana zelus interpretatur ex
quo non magnum misterium commenda-
tur coniugii cum innuitur quod vir et uxor de-
bent se invicem zelare. Est autem triplex
zelus scilicet nimius tepidus et discretus.
Zelus nimius est zelotipia. Talis zelus
reprehensibilis est tam in viro. Eccl. ix. quam in uxore
Non zeles mulierem sinus tui ne ostendat
super te maliciam doctrine nequissime. nequam
... Eccl. xxvi. Dolor cordis et luctus mu-
lier zelotipa. Refert Jeronimus in libro
contra Jovinianum quod quidam nobilis Romanus
uxorem habebat [illegible] grossam sed virtu-
te viro longiorem atque zelotipam quam
vir a se repulit et cum quidam repre-
henderet quod uxorem sic grossam repu-
lisset ille pedem protendit dicens videtis
hoc calciamentum [illegible] quidem

est multum pulchrum et tamen intus me premit
calciamentum quod uidetis formositatem ex
teriorem sed non uidetis mea molestia interio
rem. Refert eciam Seneca quod Socrates duas
habuit uxores nimis zelotipas et contenciosas
ita adeo quod quadam die impetum in ipsum
facientes aduersum eum pugnabant. Alia eciam
uice cum una illarum irata in eum dixisset conui
cia contumeliosa ille dissimulans abiit et
iuxta murum domus sedere cepit. Illa autem
aquam super caput eius infudit. Socrates non
michil ex hoc exasperatus caput tergens cepit
dicens Sciebam quod post tonitrua pluuia
sequeretur. Cum autem amici eius consulerent
ut eas expelleret respondit Disco in domo
qualis sim in foro. Hoc est disco in domo
paciam ut ipsam in foro exhibeam. Secundus
est zelus tepidus quando scilicet uxor scit
uirum suum fornicante et tamen sustinet et
dissimulat et tacet. Et iste zelus tam te
pidus est valde nociuus. Debent enim mulieres
uiros suos fornicatores quatuor modis
cohibere ut dicit Augustinus in libro omel.
Primo amonendo, secundo obiurgando ut si mo
nitis caritatiue amonicionibus faciat du
ras obiurgaciones. Tercio eciam inter
pellando. Si enim nec per amoniciones
uult resipiscere nec per obiurgaciones
abstinere debet uxor ecclesie vel episcopi
auxilium interpellare maxime si peccatum
est notorium. Quarto ad deum recurrendo.
Si enim michil horum proficit et ipse
in duricia sua perseuerat debet uxor ad ui
ros spirituales et ad orationem confugere. Qui
dam autem sunt qui tacent triplici de causa
prohibitae ut alibi dicit Augustinus. Ex timore
[illegible] quia a uiris flagellari timent.
Sed plus debent timere deum propterea
qui uiros flagellatur. Aut blandis a
dulacionibus emollite quia uiri eas lau
dant quod pacient eos portant que [illegible]
[illegible] est mala et [illegible] uirorum co
[illegible] Aut falsa racione seducte. Tribus
cum racionibus ut ibi Augustinus audit uiri
uxores ad tacendum inducere conantur.

Una est quia dicunt Nos sumus uiri et uos
femine. Ad quod respondet Augustinus Inquit
femine ut faciat adulterium uirum qui non
uult ferre adulteram uxorem quia in
quit ego sum uir. Si uir es uince libi
dinem tuam. Alia est quia dicunt Nos
sumus domini uos ancille. Ad quod respondet Augustinus
matrimonio ancille estote virorum uirorum sed
ubi uentum fuit ad hoc ut dicit Apostolus Uir
non habet potestatem corporis sui sed mulier
[illegible] pre [illegible]. Tercia est quia dicunt
Nos sumus capita et uos membra. Ad quod
respondet Augustinus Si caput es dux sed uide
quo eas et noli ire quo non uis ut se
quatur te pedissequa tua et possunt ali
que uxores dicere Sequor uir sed [illegible] in
non peccat. Nec ego sibi seruabo. Ad quod
Augustinus respondet Nolite pudicissime femine imi
tari uiros uestros. Aut uobiscum uiuant aut
soli pereant impudico uiro non debet mulier
pudiciciam suam sed christo. Quartus est ze
lus ordinatus et discretus scilicet quando
uir et uxor ordinate se diligunt. Ephe.
5. Viri diligite uxores uestras sicut christus
dilexit ecclesiam. Capitulo. Sic viri debent
diligere uxores suas ut corpus suum. Ephe.
5. Unusquisque uxorem suam ut seipsum
diligat. Debet igitur uir diligere uxorem
sicut christus ecclesiam ut si que fornicatur
et penitet eam ipsam recipiat. Sicut
christus animam penitentem recipit et gratiam
sibi reddit. Sicut corpus suum ut corpus
alterius non diuidat. Sicut seipsum ut pre
cordiali amore eam diligat. Secundo
ipse nuptie commendabiles sunt a signis
in quo fuit uini magna preciositas un
de cum architriclinus uinum preciosius fuit
quam uinum fuit ab aliqua uite productum
dicit eum Crisostomus [illegible] miracula que fecit
christus semper ad melius tenuit qua
natura facere posset. Unde si christus panes
multiplicauit si uisum restituit si aquam
in uinum mutauit et quomodo melius [illegible]

sicut qui navem de fare portuit / mutata est enim
aqua in vinum quantum ad verum saporem
colorem et odorem Aqua putrida est car-
nalis immunditia in qua viri porcini com-
morantur ii petri ii Sus lota in volunta
bro (?) Canis reversus ad vomitum suum Et
sub istis predictis possunt intelligi
subsequentes viri Unde quidam sapiens
inimicus pitagore dixit se malle cum
mulieribus quam cum philosophis conversari et
sues inquit libentius luto quam in pura
aqua morantur Vinum autem deo gratum est
matrimonium legittime servatum Bene igitur
ista aqua putrida aliquis carnalis misticus (?)
pus quam matrimonio est coniunctus / mutet
aquam carnalis corruptionis in vinum ma-
trimonialis pudicitie / mutet aquam ad
verbum ut eam iam non habeat in opere /
mutet quantum ad saporem ut eam iam non
habeat in voluntate nec in delectatione
contra hoc faciebant illi qui quamvis
de egypto recessissent quantum ad
operationem tamen ad huc illud videbatur
retinere quantum ad voluntatem Num
xi Recordamur (?) nobis venit cucumeres
et pepones porri cepe et alea / mutet
quantum ad colorem ut non habeat eam
in malo specie quando scilicet cum aliqua suspecta
familiaritate Thess v Ab omni specie
mali abstinete vos / mutet quantum ad
odorem ut vitet mali occasionem et ma-
lorum societatem Quia cum malis odor
inficit sic mala societas mores corrum-
pit i Cor xv Corrumpunt bonos mo-
res colloquia mala Tertio iste nuptie
commendabiles sunt a convivantibus In
quibus fuit magna nobilitas Fuerunt
enim ibi Ihesus maria Ioseph et discipuli
Circa quod sciendum quod quatuor de causis
quis potest (solet) uxorem ducere Primo propter
officium in propagationem et sic matrimonium
fuit institutum in paradyso ante peccatum cum
deus dixit Gen i Crescite et multi-
plicamini etc Secundo propter solacium et vitam socia-
lem ad invicem sine aliqua coniunctione

corporum et tale matrimonium fuit inter ma-
riam et Ioseph Tertio propter remedium Un-
de dicit Apostolus i Cor vii Melius est nu-
bere quam uri Quarto propter voluptatem Unde
Prov Comparatus est iumentis insipientibus
etc Quando igitur quis matrimonium contraxit
propter officium inter eos est xpistus qui fuit ori-
ginis plebs (?) Cum propter solacium inter eos est
maria que erat similis propter causam cum
matrimonium contraxit Quando propter reme-
dium inter eos sunt discipuli qui sub dis-
ciplina matrimoniali se ipsos cohibent Cor
vii propter fornicationem unusquisque uxorem
suam habeat Cum vero propter carnalem volupta-
tem inter eos est dyabolus qui dicitur
Asmodeus Tob vi Hi eos qui coniugia
ita suscipiunt ut deum a se et a se sua mente
excludant et sue libidini vacent sicut
equus et mulus in quibus non est intel- *potestatem*
lectus habet super eos demonium Quarto
iste nuptie sunt commendabiles a servi-
toribus in quibus fuit magna strenuitas
et maxime in Architriclino qui erat
princeps aliorum ministrorum Triclinium dici-
tur domus habens tres ordines men-
sarum / voluit enim deus ut de isto vino tria
scirent Primo quod non erat naturale sed mi-
raculose factum et quantum ad hoc fuerunt testes
ministri qui ydrias aqua impleverunt
et vinum effunderunt Secundo quod erat verum
vinum et quantum ad hoc voluit quod ydrie es-
sent testes Ut enim 2um (?) Crisostomum in basilica (?)
vinarijs hoc miraculum factum fuisset for-
sitan crederetur quod ibi feces remansissent
et quod non esset vinum verum sed aqua
colorata Tertio quod esset vinum bonum
et quantum ad hoc voluit habere testem ar-
chitriclinum qui erat ieiunus et sobrius
ideo de sapore melius poterat iudicare etc *Do 29*

Nuptie facte Sermo secundus
sunt in chana galilee etc Quam-
vis heretici nisi sint (?) inclinant car-
nis unionem (?) dilectam tamen falsitas
manifeste apparet Quia enim illicitum esset
nec deus ipsum in paradyso instituisset nec
de virgine desponsata nasci voluisset nec

ipsius sua et matris sue et discipulorum suorum presencia
et miraculo decorasset. Circa hoc igitur notan-
dum quod triplex est matrimonium. Primum carnale quod
est inter virum et uxorem quod est humano
generi valde utile et hoc si debito modo quis
eo utatur. Per hoc enim homo a peccato conservatur.
i Cor. vii. Propter fornicacionem unusquisque
suam uxorem habeat. Per hoc legitima proles
suscipitur que alias illegittima conciperetur. Gen.
i°. Crescite et multiplicamini etc. Per hoc bonum ob-
sequium exhibetur quia sicut Eccl. xxxvi°
Ubi non est mulier ingemiscit pauper eger.
Per hoc bona hominis fideliter conservantur. Eccl.
Qui possidet mulierem bonam inchoat possessionem.
Secundum autem matrimonium celebratum est in Chana
Galilee quia ipsi coniuges debent se invicem
diligere et inter se zelare quod quidem auditur
per amorem et per zelum et per quandam significacionem. Per
auctoritatem qua dicitur Eccl. xxv. In tribus
beneplacitum est spiritui meo que sunt probata
coram deo et hominibus concordia fratrum car-
itas proximorum et vir et mulier bene consen-
cientes. Ista vero tria inter eos requiruntur
scilicet amor interius in corde concordia
exterius in pacifica cohabitacione et consensus
tam exterius quam interius in bona operacione.
Secundo hoc auditur racione materie cum admi-
nistracione debet esse correpcio et disciplina
minoris ad maiorem obediencia et reverencia
equalis ad equalem amicicia mutua. Si
enim facta fuisset mulier de capite hominis
videretur quod debet esse maior et vir minor
et quod ad ipsam spectaret viri correpcio. Si
de pede videretur quod debet esse ancilla et
viro tanquam ancilla in omnibus debet obe-
dire. Facta est autem de latere tanquam equalis
et soror ut inter eos dileccio et amicicia perse-
veret. Istam tamen equalitatem mulier per
peccatum amisit quia deus sibi dixit sub viri po-
testate eris. Tercio hoc auditur per quandam significacionem
i. per anuli subarracionem. Ille enim anulus
significat connexionem viri et uxoris per verum amo-
rem. Debet autem anulus esse aureus
rotundus in quarto digito positus et tribus ra-
cionibus aureus quidem ut ostendatur quod amor ille
debet habere excellenciam et maioritatem.
Sicut enim aurum extollit omnia metalla sic
et amor ille ceteros amores. Gen. ii. Hoc
os ex ossibus meis et caro de carne mea. Quam ob
rem relinquet homo patrem et matrem et
adherebit uxori sue. Rotundus autem ut osten-
datur quod ille amor debet habere perpetuitatem ut
nunquam finiatur nisi per mortem. In quarto
vero digito ponitur ut ostendatur quod ille amor
debet habere precordialitatem. Dicunt enim
phisici quod quedam vena procedit a corde que
in quarto digito videtur. Unus autem tantum a-
nulus sponse ponitur et non duo ut ostendatur quod sponsus
singularitatem in rebus hoc debet habere scilicet
non in amando uxorem. Huius autem ma-
trimonii triplex est bonum. Sent. iv. Aug. scilicet
fides qua sibi mutuo servare tenentur, proles
que debet esse suscipi et religiose educari
et sacramentum i. inseparabilitas et individuitas
que ad perpetuam pertinet cohabitacionem. Contra
primum bonum faciunt adulterantes qui debitam
fidem sibi non servant. Contra secundum faciunt ab-
orsum sibi procurantes que homicide sunt
... Contra tercium faciunt iracundi et sup-
bientes propter cum vicium hominis est superbi-
a et mulieris iracundia. Eccl. x. Non est cre-
ata hominis superbia nec iracundia nati-
mulierum. Quando ergo vir est superbus et ux-
or iracunda tunc pacificari non possunt
et ideo sepe abinvicem separantur. Tercium
matrimonium est spirituale quod est inter deum et
animam et istud matrimonium inchoatur ratificatur
et consummatur. Inchoatur per desponsacionem et fidem.
Osee ii°. Desponsabo te mihi in fide. Ista
autem inchoacio fit in baptismo ubi sponsio
ex parte sponse que dyabolo et pompis eius
abrenunciare promittit et ubi est fides da-
ta ex parte sponsi i. Christi quia ibi perpetua
fides datur. Multi autem frangunt sponsio-
nem istam qui peccant cum deo et faciunt pactum
cum dyabolo. Osee x. Fecerunt fedus cum inimi-
co i. cum dyabolo qui est mendax et pro-
ditor. Secundo istud matrimonium spirituale ra-
tificatur que ratificacio fit in prima puberta-
te quod est contra ... qui volunt.

q semp durent sponsalia desiderio pn in
ne dicas amico tuo i xpo vade et reverte
et cras dabo tibi cum statim posset dare
Ambros Si amor tibi offeram non dicas
michi cras veniam sed statim compensas nec
differt ullus excusat redemptio anime
permittit et nemo festinat | De ista sponsa
tione dicitur Osee ii Sponsabo te michi in
iusticia et in iudicio et in misericordia et miseratio
nibus Iusticia et iudicium debent esse
propter penitentis ut quantum deum offendit
in peccatis tantum de se iusticiam et iudicium fa
ciat in proprie lamentis Ro vi Sicut exhi
buistis membra vestra servire immundicie et
iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibete me
bra vestra servire iusticie in sanctificationem
misericordia et miserationes sunt propter deum qui
animam peccatricem recipit et gratiam suam sibi
restituit Nu xii De Moyses ethiopis
sam quandam habuit uxorem decima sicut dicit
Hugo Moyses quandam ethiopissam duxit
in uxorem sed non potuit eius mutare co
lorem xpus non qui adamavit adhuc
ignobilem et fedam gloriam sibi exhibuit
non habentem maculam neque rugam Matri
monium spirituale confirmatur per gratiam fidei
et sicut in matrimonio confirmatio est bonum
fidei sacramentum Sic in isto spirituali sacramento
debet esse bonum fidei ne anima dyabolum
unquam suscipiat Sed de illius dicitur ys lvii
Iuxta me i me sciente et vidente discooperuisti
me i voluntatem et concupiscentiam tuum
conpinsa et suscepisti adulterium i dyabolum
Bonum prolis est ut per bona opera se exerceat
i Thy ii Salvabitur mulier per filiorum
generationem si permanserit in fide i per bonorum
operum multiplicationem et fidem Unde etiam
in veteri lege maledicte erant steriles
non a talibus filiis sed ab istis operibus
bonis Bonum sacramentum est ut nunquam
anima a xpo se dividat xpus enim nunquam
ab anima separatur nisi prius ab ipso ea divi
datur Ie ii Quid invenerunt patres vestri in me
iniquitatis quia elongaverunt se a me et

ambulaverunt post vanitatem vani facti sunt
et est primo anima si ab ipso separetur mox a
ipso reconciliatur Ezechiel iii Vulgo dicitur Si
dimiserit vir uxorem suam et recedens ab
ea duxerit alteram nunquid revertetur ad eam ultra
tu autem fornicata es cum amatoribus multis
tamen revertere ad me dicit dominus et ego sus
cipiam te | Item matrimonium est quasi me
dium quod est inter deum et hominem vel huma
nam et sicut in matrimonio carnali est triplex
vinculum | primum est quod secundum consensum animarum
| Secundum quod secundum commixtionem est corporum | Tertium
quod est per indivisibilem caritatem et coha
bitationem amborum Sic et in isto spi
rituali matrimonio ista triplex unio reperitur
Est enim xpus copulatus anime per eternam
caritatem Ie xxxi In caritate perpetua
dilexi te ideo attraxi te et edificabis virgo
israel per conformitatem Hebre ii Nusquam
angelos apprehendit sed semen abrahe
apprehendit et per inseparabilitatem quia ultra
Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque
ad consummationem seculi et nunquam natura divina
separata est ab humana unio in morte etiam
divinitas erat coniuncta carni in sepulchro
et anime in lymbo **Sermo tertius** Sermo tercius

Nuptie facte sunt in chana galilee
Querit avreolus theophrastus philosophus
utrum sapiens debeat ducere uxo
rem et cum diffinivisset si pulchra esset
si bene morata si nata ex honestis parentibus
et si ipse sanus et dives sit aliquando sa
pientem posse inire matrimonium statim intulit
hec autem raro in nuptiis universa concor
dant non est ergo uxor ducenda sapienti
Solicitus ergo hec quod sapiens aut non debet
ducere uxorem Aut debet ipsam ducere bo
nam et honestam Circa hoc ergo sunt sex
notanda primo qualis uxor sit ducenda
Secundo qualiter bona uxor sit cognoscen
da | Tertio qualiter diligenda | Quarto qualiter
sit custodienda | Quinto qualiter castiganda
Sexto qualis vita post mortem viri sit
ab ipsa eligenda | Circa primum est notandum
quod i° quidam qui uxores accipiunt quidam sunt
lascivi et vani quidam cupidi et avari

quidam sapientes et discreti lesum et vanum querunt in uxore nisi pulcritudinem que tamen pulcritudo in muliere est periculosa. Prov. xi Circulus aureus in naribus suis mulier pulcra et fatua. Et decepto et vana Prov. ultimo Fallax gratia et vana est pulcritudo. Dicunt supradictus aurelius philosophus ut refert Ieronimus in libro contra iovinianum si vir ducere debeat uxorem pulcram aut turpem et videt pulcra cito adamatur. Feda facile contempnitur. Difficile est custodire quam omnes amant. Molestum est possidere quam nemo dignatur habere. Minore tamen miseria deformis habetur quam formosa servatur. Legitur enim Hester xv quod ipsa roseo colore et micantibus oculis ad regem intravit credens ex hoc regi placere et ipsum inclinare sed rex eam videns in furore maximo et motus tunc regina corruens cecidit et in pallorem color ille commutatus fuit. Rex videns eam sic pallidam deposuit iram et ipsam recepit in gratiam. Per hoc datur intelligi quod mulieres que sic se colorant deo displicent. Que autem ex abstinentia efficiuntur pallide deo placent. Cupidi autem et avari non querunt in uxore nisi pecuniam et divicias. Crisostomus super Mt. Tu invenies qui uxorem ducere vis noli querere divitem sed bene moriginatam quia boni mores divicias frequenter requirunt. Divicie autem bonos mores numquam fecerunt. Et ideo
1° gloriosior est paupertas fidelium quam divicie peccatorum. Interrogavit quidam Themistoclem philosophum cui nam filiam suam libentius traderet in uxorem an pauperi vel sapienti et moribus ornato an locupleto parum probato qui videt malo inquit hominem indigentem pecunia quam pecuniam indigentem viro. Dicunt supradictus aurelius philosophus quid sit melius aut ducere uxorem pauperem an divitem et videt pauperem in alere difficile est divitem ferre tormentum et quis non deliberat quod sit melius. Salomon tamen determinat qui dicit quod melius est ducere uxorem pauperem et pacificam quam divitem et litigiosam. Prov. xxi Melius est sedere in angulo dogmatis quam cum muliere litigiosa et in domo communi. Sapientes autem respiciunt in uxore ad sapientiam eius sicientes quod Prov. xiiii

Sapiens mulier edificat domum suam insipiens constructam quoque manibus destruet. Prov. xix Domus et divicie dantur a parentibus a domino autem proprie uxor prudens. Respiciunt etiam ad bonitatem eius. Eccl. xxvi Mulieris bone beatus vir. Non dixit mulieris pulcre nec mulieris divitis sed mulieris bone.
Secundo videndum est qualiter uxor bona sit cognoscenda. Istud audit Crisostomus super Mt. Dicit quod ille qui vult uxorem ducere debet considerare si habet ambos parentes bonos vel ambos malos vel unum bonum et unum malum. Si ambo sunt boni securus eam accipiat. Si autem ambo mali omnino eam dimittat. Si autem alter bonus et alter malus quod forte sit timeat. Veruntamen si pater sit bonus et mater mala magis queritur timendum si non equivalens et est ratio quia puelle magis consueverunt imitari mores matrum quam patrum. 2
Tercio videndum est qualiter sit amanda. Eadem est enim amor illicitus et inordinatus quia dicit Seneca Amor formose mulieris rationis oblivio est et sane propinquum rationi bar consilia altos et generosos spiritus frangit et a magnis cogitationibus ad humiliores trahit. Refert idem Seneca quendam cognovisse se honoratum virum qui exiturus in publicum cum fascia uxoris sue se colligabat et nec puncto quidem hore pati eius carere poterat et nullam potionem nisi alternis labiis tactam vir et uxor hauriebant et pendebat. Seneca Virgo uxor amore honestatem sed magnitudo quidem amoris honestatem vincit, sed magnitudo difformis iniquum est qui explo nesta causa quibus in pariat linie rebus in suis. Adulterium quidem est insana uxorem amator ardentior in aliena quidem uxore omnis amor turpis est et in sua nimius turpis quam uxorem amare tamquam adulteram. 3
Quarto videndum est qualiter uxor sit custodienda. Dicunt supradicti auctores si uxor sit custodienda vel non et videt quid prodest diligens custodia uxoris cum servari impudica non possit pudica non debeat. Infidus est autem quod uxor pudica et probata non 4

indiget custodia. Refert Ieronimus in libro contra
Iovinianum quod Duellius qui primus rome navali
certamine triumphavit cum iam senex esset au-
divit sibi exprobrari quod haberet os fetidum
cum uxori conquestus esset quare numquam se
monuisset ut huic vicio mederetur. Fecissem
inquit illa nisi putassem omnibus hominibus os
2 sic olere. Pudor magis sua pudicicia demon-
strat quae numquam alium hominem sic cum sane
appropinquavit ut discere posset flatus. Adeo
talis non indigebat custodia. Refert idem
ibidem de quadam virgine thebana que cum
a quodam violata fuisset iugulavit ipsum dor-
mientem et postea se interfecit. Narrat eciam
Augustinus de civitate dei de Lucrecia quam Sextus
Tarquinius filius regis romanorum [illegible]
violavit que cum viro flente ingemuisset
et eam salutasset, videt quod salus est nulla
amissa pudicicia. Verumptamen corpus est
violatum non animus et nichilominus pudicicie [illegible]
3 Lucrecie [illegible] cultellum arripuit et se inter-
fecit. Valerius ergo quia sicut fama sponsam
castitatis custodiendae non sunt et quamvis
impudice omnino non possint custodiri possunt
tamen multis cautelis custodie impediri.
Unde dicit quedam mulier fornicaria Ovidius
in [illegible] ego sepia virum tua spurius et
sepia te maritis et serata sua non inicies
et sequitur amatores suos et non apprehen-
det eos. Ille quidem impudice vias sepsit
qui multas cautelas et impedimenta sibi
apposuit. Et Valerius: Consilia non adiuvante
se sua custodia ne inventa occasione
abutatur. Secundo videndum est qualiter
7 sit castiganda. Thomas de Aquino super quarto
de Trinitate quod moribus inquit uxor male mo-
rigerata castigari debet primo docendo
secundum deum si cum timore dei non sentit
improperando ut vel homines erubescat si
5 aut nec timore sentit vel frequenter
confusa non erubescerit faciat illud quod
precepit Salomon. Ecclesiasticus xxv: in baculo perite
primo ergo magister Thomas admonere quia sepe
proficit doctrina instruere deinde confundere
quia semper pudor frenum est vicio. Tercio
instruere est ut castigetur tamquam ancilla que

erubescere nescit ut libera. Tercio videndum
est qualis vita sit abiecta post mortem viri
eligenda. Ad quod dicendum est quod tucius est
ut vitam eligat vidualem mortuo enim
viro mulier debet se semimortuam repu-
tare cum ambo fuerint una caro et ideo tam-
quam semimortua nubere amplius non debet
maxime cum ambo hoc invenit ut possent
una mori et reliqua alteri non coniungat. Valerius
pudebat ad negocium honestatis domum non posse
ingredi quod natura prius in dolore fecit. Hoc
Ieronimus in libro contra Iovinianum adducit exemplum
de multis matronis romanis que post amissi
viri noluerunt recipere secundum quarum una dice-
bat Marcia Catonis que mater Severa que
secundum non acciperet virum videt se non posse
invenire per virum qui vellet eam accipere propter
se forte quia erat turpis et dives. Alia
dicebat Valeria que cum rogaretur quod secundum
acciperet virum videt se hoc facere non posse
quia vir suus non erat mortuus sed
vivus quando [illegible] cum ipsa vivet vir suus
pristinus in corde semper vivet vivus. Tercia dice-
bat Anna que cum a principibus urgeretur ut
secundum acciperet virum cum iuvenis et di-
ves esset videt se hoc non velle facere
quia bonum habuerat virum et ideo si secundum
acciperet aut ille esset bonus aut malus.
Si bonus semper esset in timore ne illum perderet
si malus semper esset in dolore eo quod perdidisset
virum bonum malum accepisset etc. Dominica
secunda post octavas epiphanie sermo primus

Ecce leprosus veniens adorabat
eum dicens si vis potes me mun-
dare etc. Matthei viii. Per istum leprosum
sic mundatum possumus intelligere quemlibet
peccatorem sed resuscitatum. Circa cuius cura-
cionem tria possunt considerari: primo species morbi modus cu-
randi et pena medici. Species morbi fuit lepra
per quam peccatum potest intelligi. Leprosus enim habet
omnes sensus corporis viciatos atque corrup-
tos sit enim visum caliginosum auditum non
clarum odoratum obtusum palatum [illegible]
infectam et debilem manum sicut ergo lepra
corrumpit omnes sensus corporales sic et peccatum
corrumpit omnes virtutes animae spirituales. Primo 1
enim corrumpit virtutem intellectivam que est
visus animae. Isaiae vi. Excaecavit eos malicia

corporis fides cum est oculus dexter anime qui per
peccatum excecatur legitur i Reg. xi quod Naas dixit
filiis Iabes galaad in hoc feriam vobiscum
fedus ut eruam omnium vestrum oculos dextros.
Habens cum oculum dextrum eruttum non est aptus
ad pugnandum quia nec potest videre oculo
dextro cum sit eruttus nec cum sinistro cum
sit clipeo tectus. Sed si sinistrum oculum
eruttum haberet adhuc posset pugnare quia
cum dextro oculo posset videre. Oculus dexter anime
ut dictum est est fides sinister non sunt opera.
Ipsa autem opera sine fide inutilia sunt Hebre.
xi. Sine fide quippe impossibile est deo placere.
Fides autem sine operibus meam valere potest
qui si non est operandi facultas sed operandi vo-
luntas. Cum fide sine operibus potest homo ali-
quando contra dyabolum cum operibus autem sine fide
pugnare non potest. Unde Apostolus non amonet
ut contra dyabolum assumat opera sed principa-
liter fidem. Ephe. vi. In omnibus sumentes scu-
tum fidei in quo possitis omnia tela nequis-
2 simi ignea extinguere. Secundo peccatum clau-
dit in anima virtutem auditivam ut verbum
dei percipiens vel amonentis audire non
possit sicut cum aliquis dicitur videre qui aliquid
ab alio cognoscit. Auditus autem in homine
aliquando impeditur ab interiori sicut qui
bene audibiles [illegible]. Aliquando ab
exteriori sicut quando aliquod obstaculum
manui ponitur. Aliquando partim ab interiori
et partim ab exteriori sicut quando ex
aere exteriori corrupto in instrumenta
auditus aliqua corruptio generatur. Cupi-
ditas vero in homine impedit spiritualem au-
ditum ab interiori quia est in mente spi-
ritus cum non vult audire vocem dei
nisi atque. Zach. vii. Verterunt dorsum [illegible]
et non faciem. Ier. xxx. Audient verba
post tergum monentis. Avaricia impe-
dit ab exteriori quia ponit in cupidita-
tis tam [illegible] Item tam [illegible] au-
diunt dicta dicens. Ier. xxii. Terra terra
audi sermonem domini. Luxuria im-
pedit partim ab interiori et partim ab
exteriori. Ipsa cum concupiscentia interius ra-
dicatur in anima sed foris apparet per signa

impudica. Eccli. xxvi. Fornicatio mulieris in
extollentia oculorum et in palpebris illius
agnoscitur. Talis cum vocem dei audire con-
tempnit etc. Eccli. xxi. Audiet luxuriosus
et displicebit ei. Tercio peccatum obtinat vir- 3
tutem incorruptam que est quasi olfactus ne
sicut cum deberet adorare divinas suavi-
tates adamat fetentes carnalitates. Ys. iii.
Erit pro suavi odore fetor. Sicut debet in
memoria habere beneficia dei habet in me-
moria iniurias proximi cum tamen dicatur Eccli.
x. Omnis iniurie proximi tui ne memi-
neris. Sicut debet esse memor peccatorum propter
deflendum in[illegible] illud Ys. xxxviii. Recogi-
tabo tibi omnes annos meos in amaritu-
dine anime mee memor est peccatum ad
deblandiendum. Quarto deordinat virtutem 4
affirmatam que est quasi palatum ne quia
non sapiunt spiritualia sibi sed terrena. Prov. xxvii.
Anima saciata i. amore terrenorum repleta cal-
cabit favum i. dulce amorem celestium.
Ys. v. Ve qui dicitis malum bonum et bonum
malum ponentes lucem tenebras et tenebras
lucem ponentes amarum in dulce et dulce in
amarum. Ille dicit malum esse bonum et bonum
esse malum qui dicit divicias esse bonas
quia multorum malorum sunt causa et pau-
pertatem esse malam quam Christus docuit et
servavit. Unde Seneca plus interrogatus
quid esset paupertas videtur odibile bonum
et ille dicit tenebras lucem et lucem
tenebras qui opera tenebrosa laudant et
virtuosa vituperant cum tamen dicatur Ro.
xiii. Abiciamus ergo opera tenebrarum et
induamur arma lucis. Ille ponit amarum
in dulce et dulce in amarum qui mavult
habere turbidam conscientiam quam quietam.
Gregorius Nazanzenus. Mala conscientia sequitur
se ipsa non recedit a se vix potest for-
te esse aliquod remedium quando virus est
ebibitus inclusum. Quinto peccatum debili- 5
tat virtutem operativam que est quasi
manus anime sicut cum piger ad
operandum. Prov. xxvi. Abscondit piger
manum sub ascella sua et laborat si ad
os suum eas convertit etc. Eiusdem xxvi.

& si ad manus manum sunt non est in ore
Sancti viri non habent manus adiutrices
quia cum una manu sunt contra dyabolos
preliantes cum alia bene operantes Unde
hic ... una manu sua faciebant opus
et alteram tenebant gladium pigri autem
habent eas contractas quia nec volunt
operari nec nolunt preliari inimicis autem
habebunt eas ligatas Mt xxii liga
tis manibus et pedibus mittite eum
27 in tenebras exteriores Secundo ponitur
modus curandi eum dicitur Extendens ma
num tetigit eum dicens volo mundare ubi
notatur quod xpistus habuit verum corpus
veram animam et veram deitatem Tercio
ea ipsum leprosum audit in tactu tetigit
inde eum affectu dicens volo et potestatis effectu
dicens mundare In tactu notatur quod habuit verum
corpus tractabile eum non est nisi verorum cor
porum In affectu notatur quod habuit veram animam
Affectus enim et compassio tantum est in anima
et non in corpore nec in deitate Unde dicit
Anselmus Qui nobis compatiens non
sentiens compassionis affectum tu nos sentimus af
fectum In potestatis autem effectu notatur quod habuit
veram deitatem ex eo quod in instanti mundat
eum quod nulla virtus creata facere potu
isset Ista autem tria scilicet corpus & animam
et deitatem secum portavit ut de hys tria
remedia faceret per que tres homines infir
mitates sanaret homo quidem patie
batur tumorem superbie ulceracionem
mortalis culpe et fetorem consuetu
dinis prave ys i Vulnus enim vulnus
mortalis culpe et livor enim putredo
consuetudinis et plaga tumens enim
tumor elacionis non sunt circumligata
nec curata medicamine neque fota oleo
etc. Fecit igitur xpistus de carne sua empla
strum ad emplastrandum quo tumorem super
bie frangeret et mitigaret emplastrum enim
fit de herbis et floribus et caro xpisti
sicut et mea fuit herba et flos ys xl
Omnis caro fenum et omnis gloria eius
quasi flos agri Aug Ecce habes
humilitatis exemplum superbie medicamen
tum quid igitur intumescis o pellis mor
ticina quid tendis o sanies fetida quid
inflaris princeps tuus humilis est &
tu superbus / De anima sua fecit vas unge
tarium in quo omnia unguentorum genera re
posuit ut ulcera nostra sanaret ps
Unxit te deus deus tuus oleo leticie etc.
Ca xxxviii Ungetarius faciet pigmenta
suavitatis et unctiones conficiet sanitatis
Deitatem vero habuit tanquam balsa
mum preciosum ut suo odore omnem fe
torem expelleret Ca xxiiii Sicut cyna
momum et balsamum etc. a dicit Ipsi odo
rem mortuum putredi sentientes in sua
passione continuo surrexerunt Tercio po 37 penam medii
nitur pura media Unde enim consistit
pura media ut infirmum iam sanatum
instruat ut caveat sibi a contrariis et
utatur conservativis Contrarium puritatis
specialis est humane favoris appetitus
Unde xpistus absorto infirmo sanato precepit
dicens Vade nemini dixeris Conservativum sa
nitatis est omnia deo attribuere et sacri
ficium laudis sibi offerre Illud precepit dicens
dicens Offer munus & sacrificium laudis de
quo dicitur ps Sacrificium laudis hono
rificabit me nichil ergo nobis pro vana gloria
debemus attribuere sed omnia deo offerre
de omnibus enim operibus nostris deus vult
ut habeamus totum meritum proximus
habeat bonum exemplum et ipse vult habere
laudem et gloriam Tercio enim deus sibi spe
cialiter reservavit et nulli creature un
quam communicare voluit scilicet gloriam ys
xlviii Ego gloriam meam alteri non dabo
vindictam Ro xii Michi vindictam et ego
retribuam Et potestatem iudicandi Jo v
Potestatem dedit ei iudicium facere quia
filius hominis est Gloriam autem sibi aufe
runt vane gloriosi de quibus dicitur Jo v Quomodo
vos potestis credere qui gloriam ab invicem
recipitis et gloriam que a solo deo est non
queritis etc. Vindictam sibi auferunt super
bi et iracundi qui de iniuriis vindi
care se volunt cum tamen dicatur Ca xxviii

Cum iudicium velit a deo inveniet iudicium
Iudicium sibi assumunt temerarii et presump-
tuosi qui de occultis aliorum cordium iudicare
nolunt cum tamen dicatur i Cor. iiij Nolite
ante tempus iudicare quousque veniat dominus
et illuminabit abscondita tenebrarum
et manifestabit consilia cordium. Dominica tercia post
Epiphaniam Sermo secundus

nota

Domine si vis
potes me mundare etc. Ad infirmum
pertinet medico aperire morbum
et petere sanitatis beneficium. Ad medicum
pertinet liberaliter infirmo exhibere suf-
fragium. Ad utrumque autem pertinet cavere peri-
culum ut scilicet medicus infirmo et infir-
mus sibi ipsi caveant ne vendicium incur-
rant. Circa istum igitur leprosum peccatorem intelligere
ad cuius curacionem tria notanda sunt. Primo
conceptio sua scilicet morbi insinuatio. Secundo sani-
tatis postulatio cum dicitur Domine si vis potes
me mundare scilicet leprosum. Significatur autem peccatum
per lepram triplici de causa. Primo quia le-
pra est morbus contagiosus. Sic etiam
peccatum. Sicut enim leprosus generat leprosum
carnaliter. Sic peccator generat peccatorem aliud
spiritualiter. i Cor. xv. Corrumpunt bonos
mores colloquia mala. Quando sani
stant cum sanis in sanitate mutua se con-
servant. Quando vero leprosi stant cum
leprosis [illegible] magis ac magis
se inficiunt. Cum vero sani stant cum leprosis
vel econverso sani sepe inficiuntur a leprosis.
Leprosi autem in nullo adiuvantur a sanis.
Ideo non est periculum leprosis stare cum sa-
nis. Sed periculum est sanis stare cum le-
prosis. Sic etiam quando boni stant cum
bonis mutuo se ad bonum provocant. Unus
enim addiscit ab alio humilitatem et ab
alio pietatem et ab alio pacienciam et ab alio
obedienciam. Prov. xxvii. Ferrum ferro acuitur
et homo exacuit faciem amici sui. Cum
autem mali stant cum malis mutuo se ad ma-
lum incitant. Ps. Dies diei eructat verbum
i. bonus dat bono bonum documentum et
nox nocti indicat scientiam i. malus dat
malo malam doctrinam et sic peiores ef-
ficiuntur quam quando iusti postquam sanam
contempnunt. Apoc. xxii. Qui nocet no-

ceat adhuc. Quando vero boni stant cum
malis et econverso non est periculum malis
sed utile quia sepe mali a bonis melio-
rantur. Est autem periculum bonis quia
sepe viciantur. Prov. xiii. Qui cum sapientibus
graditur sapiens erit. Amicus stultorum
similis efficietur. Ideo non dixit dominus
babiloniis et caldeis quod recederent de
medio populi israel sui. Sed dixit populo suo
ut recederet de medio babilonis et terra
caldeorum. Ier. l. Recedite de medio ba-
bilonis et de terra caldeorum egredimini etc. Secundo
per lepram significatur peccatum quia lepra est
morbus periculosus. Ceteri enim morbi cor-
rumpunt partem corporis. Ipsa autem inficit totum
corpus et ideo ab hominibus valde timetur.
Sed peccatum est periculosius quia corpus
et animam inficit et corrumpit et ideo valde
est timendum et fugiendum. Eccli. xxi. Quasi
a facie colubri fuge peccatum et si accesseris
ad illa suscipient te. Dentes leonis dentes
eius interficientes animas hominum. Est romphea bis
acuta omnis iniquitas. Et assimilatur hic
peccatum colubro dentibus leonis et romphee
bis acute. Per colubrum luxuria designatur.
Dicitur enim coluber quasi colens umbram
i. tenebras vel dicitur coluber quia lubri-
cus. Luxuriosus enim et umbram et tenebras
colit et lubricum amat. Job xxiiii. Oculus
adulteri observat caliginem dicens non me vi-
debit oculus. Et de peccato in peccatum labi-
tur. Tren. iiii. Lubricaverunt vestigia nostra
in itinere platearum nostrarum. Per dentes leo-
nis intelligitur avaricia. Sicut enim leo
sine leonibus nunquam exquirit sic et illud
quod rapit avarus et usurarius nunquam
autem nunquam restituit. Notandum quod inter
dentes primi dicuntur precisores. Sequentes di-
cuntur canini. Ultimi dicuntur molares. Et
enim aliqui qui bona pauperum precidunt
non autem omnia auferunt sed partem dimittunt
et partem tollunt. Isti sunt dentes precisores.
Alii sunt canini qui crudelia canes usque
et crudeliter lacerant sicut mali advocati
isti dicuntur dentes canini. Alii sunt qui bo-
na terunt et conmolunt sicut sunt usurarii

et tyrannum. et isti dicuntur dentes molares qui a-
nima atterunt et commollunt. ys. iii. Qua-
re atteritis populum meum et facies pauperum
commollitis. Secundo etiam sicut dicitur in ps. dentes
eorum ar. et sa. mo. le. confringet dominus. per rumphea-
m bis acutam intelligitur superbia que bis dicitur
acuta. Primo quia affligit hominem in corpore
opprimendo et rebus spoliando. Secundo quia
odiosa est deo et hominibus. Tertio quia oc-
cidit hominem morte culpe et morte ie-
henne. Eccl. x. Odibilis coram deo et ho-
minibus est superbia. Tertio peccator signatur per
lepram. quia est morbus fetidus et abho-
minabilis. et ideo leprosi ab aliis separantur. Et
abhominabiles sunt et fetentes. et
ideo separantur ab omnibus. et quo ad locum et quo
ad meritum. et quo ad consortium. Primo ad lo-
cum quemlibet. quia deus quatuor loca fecit scilicet
celum. terrestrem paradisum. mundum. et infer-
num. In celo talis leprosus stare non potuit. quia
quam cito lepra superbie in primo angelo inventa
fuit. de celo eiectus fuit. Nec in paradiso ter-
restri. quia quam cito fuit inventa lepra peccati in
Adam. de paradiso fuit expulsus. Nec etiam
in isto mundo tales leprosi stare permittuntur.
Sed tamquam luti omnes eiicientur. ps. ut lutum
platearum delebo eos. Et ideo non restat nisi in inferno
qui est leprosaria includantur. ys.
xxiiii. Congregabuntur in congregatione unius in
fascem in lacum et claudantur ibi in carcere.
Secundo separati sunt ab omnibus quantum ad meritum
quia nullam participationem habent meritorum
que fiunt in ecclesia militanti. et ideo nec
diabolo possunt resistere. et si cadunt non
possunt resurgere nec in bono possunt se
mutuo confortare. Eccl. iiii. Melius est duos
esse simul quam unum. habent enim emolumentum
societatis sue. si unus ceciderit ab al-
tero fulcietur. Ve soli quia cum ceciderit non
habet sublevantem se. et si quispiam pre-
valuerit adversus unum. duo resistent ei et
si dormierint duo fovebuntur mutuo. unus
quomodo calefiet. Tertio separantur ab omnibus quantum
ad consortium. Licet enim vitaliter sunt se-
parati quantum ad meritum. non tamen quantum
ad consortium quia mixti sunt boni et mali

quia in futuro fiet separatio et quantum ad con-
sortium. et quantum ad locum. et quantum ad pre-
mium. Mt. xiii. Exibunt angeli et separabunt
malos de medio iustorum. Ecce separatio quan-
tum ad consortium. et mittent eos in caminum
ignis. Ecce separatio quantum ad locum. Ibi erit
fletus et stridor dentium. Ecce separatio quantum
ad premium. Illi enim semper erunt in gaudio
et sancti isti autem semper erunt in luctu. Secundo 27
ex parte medici fuit benigna curatio et
hoc ostenditur cum dicitur Extendens manum te-
tigit eum et cetera. Notandum quod lepram talem 8 no
quinque modis legimus curatam. Primo per ab- 1
lutionem. sicut patet in Naaman iiii Reg.
et signat lacrimarum effusionem. ps. Lavabo per
singulas noctes lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo. Secundo per orationem sicut 2
patet Luce xvii in decem leprosis quibus
dominus dixit Ite ostendite vos sacerdotibus
Et sic eundo mundati sunt et signat confessionem
ps. Dixi confitebor adversum me et cetera.
Tertio per separationem. sicut patet Num. xii in 3
Maria sorore Moysi. que septem diebus se-
parata fuit et signat excommunicationem que ad
instar cauterii debet esse medicinalis sicut
patet i Cor. v. de illo fornicario quem
apostolus excommunicavit. Quarto per inclusionem 4
sicut patet Exod. iiii in manu Moysi que
de sinu extracta leprosa apparuit. sed in
sinum reposita curata fuit. Sic multi qui in
seculo erant spiritualiter leprosi mundantur quando
claustrum ingrediuntur. Quinto per tactum 5
sicut patet hic. Est autem triplex tactus.
Unus pure corporalis in quo scilicet quod tangit et tan-
gitur est corpus et iste fuit in Christo valde
utilis. Luce vi. Omnis turba que-
rebat eum tangere et cetera. Secundus est partim corporalis
et partim spiritualis in quo quod tangitur est
corpus. et quod tangit est spiritus. et iste est
tactus tribulationis inflicte. Job ii.
Tange os eius. et carnem eius. Tertius
est pure spiritualis in quo quod tangit et
quod tangitur est spiritus. et iste est tactus in-
spirationis interne. i Reg. x. Abiit cum Saul
pars exercitus quorum deus tetigit corda.
Iste autem leprosus tactus partim spirituali et parti

corporali fuit tactus. qui ad sui conceptionem fuit
a deo lepra percussus. tactu pure corporali quando
christus manu eius carnem tetigit et mundavit
tactu pure spirituali quando deus salubre per contritionem
sibi infudit et sanitatem corporis et anime
37 impertiit. Ergo propter medici et infirmi
tanta debet provisio ne in recidivum peccati
labatur. Et adhuc tria sunt necessaria. Unum est
humane laudis vitatio. ideo dicitur vide nemini
dixeris. Aliud est pura confessio. ideo dicitur
vade ostende te sacerdotibus. Tertium est elemo-
sinarum largitio ideo subditur. Et offer munus
tuum etc. Et siquidem contemptus laudis magis
conservat in merito. Matthei vi. Pater tuus qui
videt in abscondito reddet tibi etc. Confes-
sio animam custodit a diabolo. Psalmus. Ne tradas
animas bestiis confitentes tibi. Elemosina gratiam
conservat. misericordia viri. Ecclesiastici xvii. Elemosina vi-
ri quasi sacculus cum ipso et gratiam hominis quasi
pupillam conservabit.

Sermo tertius

Puer meus iacet in domo paraliticus
et male torquetur etc. Sicut per
lepram, ita et per paraliticum significatur
peccator. Circa curationem autem istius paralitici
tria notantur. propter infirmi notatur miseria
magna. propter mediatoris orationis instan-
tia magna. propter medici magna cura-
37 tionis potentia. Primo igitur notatur propter
infirmi magna miseria qua erat pa-
raliticus. Est autem paralisis dissolutio
membrorum privans ipsa membra aliquando
quantum ad sensum tantum. Aliquando ad motum tantum.
Aliquando quantum ad utrumque et ideo per parali-
ticum tres peccatores designantur. Sunt enim quidam
paralitici quantum ad sensum, quamvis non quan-
tum ad motum sicut heretici qui quod de
deo non recte sentiunt per fidem. bene moven-
tur ad aliquam operationem simulatam. Roman.
i°. Tradidit illos deus in reprobum
sensum. Sap. xiii. Vani sunt homines in quibus
non subest scientia dei. Alii sunt paralitici quan-
tum ad motum licet non quantum ad sensum sicut
mali christiani qui per fidem vera de deo recte
sentiunt sed non moventur ad operationem
bonam. Tales sunt similes simulacris que
pedes habent sed non moventur. Psalmus. pedes ha-
bent et non ambulabunt. Ps. xl. Sunt quidam

peccatores similiter [illegible] ut non moveant. Alii sunt
paralitici quantum ad ~~motum licet non quantum ad sensum~~
~~sicut mali christiani~~ utrumque sicut sunt quidam
pessimi et desperati qui nec fidem habent
nec opera. Isti sunt sicut arbores autumpnales
bis mortue. Jude. dicitur. Jud. Impii gratiam dei
transferentes in luxuriam et deum christum [illegible]
negantes. Sunt ergo paralitici perfecte sa-
nati quando sensus membrorum restituitur
motus redditur et infirmitate perfecte consumitur.
Sic enim peccator qui est paraliticus perfecte
sanatur quando est sensu fidei vivi. motu bone
operationis sollicitus. et in hiis perseverancie
et fine debito. [illegible] dicitur Act. xvii.
In ipso vivimus movemur et sumus. Ecce
a deo habemus vitam motum et essenciam. Illi
habent vitam qui habent fidem vivam quia
sicut dicitur Ro. i. Justus ex fide vivit. Isti autem
habent motum qui habent [illegible] operationem
sollicitam. Illi habent esse speciale qui
in utroque consistunt per firma constancia.
Secundo propter mediatoris scilicet centurionis 2m
notatur magna orationis constancia. Centurio 1
enim eo habuit [illegible] amicorum fidem hu-
ius dixit deus. Non inveni tantam fidem in
Israel. Hoc autem dixit [illegible] quem ipsi loque-
di ut siquis intrat in domum aliquam cum so-
cietate si nullam invenit ibi dicit. Non inveni aliquem
in domo ista in tali modo loquendi non [illegible]
[illegible] sicut et deus dicit. Non inve-
ni tantam fidem in Israel. Non comprehendit dis-
cipulos se [illegible]. Secundo habuit veram 2
humilitatem. Luce. [illegible] humilitate dixit
se non esse dignum ut christus sub eius tectum
intraret. Augustinus. dicendo se esse indignum
prestitit se dignum non in cuius parietes sed
in cuius cor christus intraret. Non enim esset
magna felicitas si christus intraret parietes
alicuius et non esset in pectore eius. Crisostomus.
Dum indignum se facit christum suscipiendo
in domo dignus fuit et in regno. Oratio
igitur est sicut nuncius celestis que ad deum
destinamus. Psalmus. Intret in conspectu tuo
oratio mea. Glossa ibidem. Magna virtus pure
orationis que quasi quedam persona ad deum intrat
et mandatum peragit quo caro pervenire non
potest. Oratio autem ad deum pervenire non potest.

nisi habeat duos comites preclaros scilicet fidem
adiutoris Mat. viii. Prima quidem erat ex
parte credite quia accipietis et venient vos
et humilitatem assumpsit Ecc. xxxv. Oratio
humiliantis se nubes penetrabit. Oratio igitur
hereticorum ad deum non ascendit quia non
habent fidem catholicam nec oratio superborum
quia non habent humilitatem veram nec oratio
malorum christianorum quia non habent fidem
formatam. Oratio autem istius centurionis
meruit exaudiri et hoc quia habuit fidem et
assistentem humilitatem et excellentem
3 caritatem quia eam effundebat pro servi sui
salute. Crisostomus super Matheum. Pro se orare necessitatis est
pro aliis autem orare quam pro se orare necessitas vel
cogit, pro aliis autem caritas fraternitatis hortatur.
Dulcior est autem deo oratio non quam necessitas
transmittit sed quam caritas fraternitatis
37 hortatur. Tertio comparatur medicum nostrum magna
curationis potentia quia solo verbo curavit.
Quia tamen verba christus dixit que fuerunt
causa curationis. Primum fuit verbum humilitatis
et benivolentie cum dixit Ego veniam et
curabo eum. Glo. Magna humilitas quia
servum dignatus est visitare. Filium autem
reguli noluit venire. Dicit Greg. Io. iiii.
Ne divitias honorare videatur. Ad servum
mox ire consensit ne servilem condicionem
despicere videatur. Bernardus. Quemadmodum stul-
tus est qui equum empturus ipsum non aspi-
cit sed ornatum sellam et frenum. Sic stul-
tissimus est qui hominem aliquem ex veste
2 aut ex condicione estimat. Secundum fuit
verbum veritatis et sapientie cum dixit Multi
venient ab oriente et occidente et recumbent
etc. Et ista fuit magna eius sapientia que
vidit et predixit multos salvandos non
solum ab oriente et occidente ab aquilone
ab austro et meridie. Ab oriente quidam
veniunt qui penitentiam agunt in prima iuventute.
Ab occidente qui in senectute. Ab austro
qui sunt inter prospera et tamen ibi servant
temperantiam. Ab aquilone qui sunt inter
adversa et tamen ibi servant patientiam. Unde
sabbato ... dictum fuit Iacob Gen. xx
viii. Dilataberis ad orientem et occidentem
3 et septentrionem et meridiem. Tertium

fuit verbum magne virtutis et potentie cum dixit
Vade et sicut credidisti fiat tibi et sanatus
est puer in illa hora. Ecc. viii. Omnis illius
potestate plenus est. Deus enim omnia facit verbo
suo. Ps. Ipse dixit et facta sunt ipse manda-
vit et creata sunt. Voluntate sua. Ps. Omnia
quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra.
Differt autem multum in operatione sua cre-
ator a creatura. Agens enim creatura aut
operatur cum motu et labore sicut homo
et cetera animalia aut cum motu et sine
labore sicut sol et cetera luminaria. Deus
autem operatur sine motu et labore quia
solo suo verbo et voluntate. Quod ipse solo verbo
operatur hoc testatur iste centurio dicens Dic
tantum verbo et sanabitur puer meus. Quod so-
la voluntate hoc testatur leprosus dicens Domine
si vis potes me mundare. Nos vero non
[illegible] quia verba sue potentie non timemus
cum tamen dicat Iere. x. Quis non time-
bit te o rex gentium. Nec ad eius sapientiam
[illegible] qui omnes vias cogitationes
et opera videt et conspicit. Hebr. iiii. Omnia
nuda et aperta sunt oculis eius. Et eius
benignitatem contempnimus. Ro. ii. An
divitias benignitatis eius et patientie
et longanimitatis contempnis. Iste autem
centurio iuste meruit exaudiri a christo
quia verba sue potentie habuit in timo-
re et verba sue sapientie habuit in honore et
verba sue benignitatis habuit in amore. do 3 p. a / d o p.

Dominica tertia post oct. epiph. sermo primus

Ascendente ihesu in naviculam
secuti sunt eum discipuli eius
Mat. viii. Sepe contingit quod quis
aliquis peccatorum incidat quibus temptatio-
nibus impulsat nec deus ipsum liberat. Tunc
recurrere debet ad deum per fervorem orationis
et tam perseveranter instare donec impe-
tret dei misericordiam. Cautela enim quia sepe eis
contingit quod ipse etiam in admirationem
excitat. Ista autem parabolam in isto evan-
gelio exprimitur. Primo enim ponitur prime
assumptio cum dicitur Ascendente ihesu in
naviculam. Tunc ihesus in navicula ascen-
dit quando quis salutis animam primam fa-
cere incipit. In navicula quidem prima signatur
quam ... homo ad portum salutis ...

dicit(ur). Cumq(ue) aut(em) extra ista(m) navem inve(n)it(ur)
ad portum salutis no(n) veniet, sed ip(su)m unda in-
fernalis involvet. Ideo signata est per archam
Noe, quia illi qui eam ascenderunt sunt sal-
vati, qui vero no(n) ascenderunt sunt submersi.
Insuper tamen dispar illa archa ab ista. Re(fert)
(Remig)ium Cris(ostomus) in libro de laudibus Pauli q(uod)
in illam archam lupus intrat et lupus
exivit, leo intrat et leo exivit, corvus in-
travit et corvus exivit, homines intraverunt
et homines exierunt, quia non potuit lupo au-
ferre sua(m) rapacitatem, nec leoni ferocitatem,
nec corvo voracitatem, nec in hominibus im-
mutare sua(m) humanitatem. Archa quoque (Cri)
Cris(ti): intrat in hanc archam, patet: si
erat lupus mutat(ur) in agnum; si erat raptor
vel avarus dimittit rapinam et induit
innocentiam que nulli ~~prodest~~ nocet sed
omnibus prodest. Si erat leo mutat(ur) in ove(m),
quia si erat elatus per superbiam efficit(ur) man-
suetus per humilitatem cordis. Si erat corvus
mutat(ur) in columbam, quia si appetebat
carnes appetit modo pura gra(na), i(d est) si ap-
petebat carnales voluptates modo appetit
spirituales refectiones. Si instar corvi diffe-
rebat suam conversionem procrastinando, Cepha-
(s) iij Reg(um) (?) cantabat in semper a corvo in
superliminari non fac(it) eam gemitibus
addidit clamando. Unde illud Ys(aie) lix:
Quasi columbe meditantes gememus.
Aug(ustinus): Ista vox est que multos occidit,
dum dicit semper cras cras et claudit ho-
stium, et remanet foris cum voce corvi-
na, quia noluit habere gemitum columbarum.
Item homines Cris(ti) iusta navem
p(ro)prie mutant(ur) in angelos. Angeli enim
p(ro)pter naturam habent excellentem puritatem, ex
officio aute(m) d(omi)ni habent assistere et nobis
ministrare. Sic et servi dei navem p(ro)prie
ingressi ad similitudinem angelorum purita-
tem mentis et corporis habent. Habent p(ro)p(ri)etatem
quam angeli habent p(ro) natura. Insuper deo assi-
stunt per excessum contemplationis et pro-
ximis ministrant condescendendo eis per
sobrietate(m) dispensationis ij Cor(inthios) v. Sive
deo excedimus sive sobrii sumus vobis.
Ideo p(ri)mam assumptam sepe sequitur mag(na)

temptacio, et hec vocat(ur) cum d(icitu)r: Et ecce motus
magnus factus est in mari, Eccl(esiastici) ij: Fili acce-
dens ad servitutem dei sta in iusticia et timore
et prepara animam tuam ad temptationem.
Commotio aut(em) maris tripliciter de causa ac-
cid(it) contingit. Aliquando a causa superiori
hoc est a stellis et maxime erraticis.
Dicit Aug(ustinus) in lib(ro) de bona vita: ista aut(em)
causa innuitur in ep(isto)la Iude: fluctus feri
maris despumantes suas confusiones, sy-
dera errantia, quibus procella tenebrarum ser-
vata est in eternum. Aliquando a causa inferiori,
hoc est ab imo fundo maris, qui nimis fer-
vet et bullit. Ista causa tangit(ur) Iob xli,
ubi dic(itu)r de leviathan: Fervescere faciet
quasi ollam profundum mare, et ponet quasi
cum unguenta bulliunt. Aliquando accidit a ca(usa)
media, i(d est) a vento ab aere veniente et in-
media maris commovente. Ista causa tangit(ur)
Dan(ielis) vij: Videbam in visione noctis, et
ecce quatuor venti celi pugnabant in
mari magno. Turbacio igit(ur) et temptacio
in servis dei accidit aliquando a causa
superiori, i(d est) a deo permittente ad ipsorum humilita-
tem et gratie conservationem, sicut accidit
Paulo qui dicit ij Cor(inthios) xij: Ne magni-
tudo revelationum extollat me, datus est
michi stimulus carnis mee angelus sa-
thane etc. Aliquando a causa inferiori, i(d est)
a spiritu aliquo et frequente ... aliquid
Pollutis accidentibus et concupiscentiis, et per
sequitur hos de virtute in virtutem. Aliquando
a causa media, i(d est) a dyabolo veniente qui
in aere caliginoso moratur, sicut patet
in Iob ubi plene ista sunt illa tria de
quibus dicitur: Mat(thei) vij: Descendit pluvia et
venerunt flumina et flaverunt venti et irrue-
runt. Pluvia(m) que desursum descendit intelligi(tur)
per pluviam quod de celo descendit intelligitur
adversitas a deo immissa, per flumina que de terra
fluunt intelligitur spiritus carnalis fervens,
per ventum qui ab aere venit intel-
ligitur temptacio a dyabolo destinata. Ista
aut(em) turbacio maris tam serena fuit ut
etiam navicula operiretur fluctibus. Remigius:
In navi vel fluctibus procellis temptationum
et turbationum solet naufragium fidei ...

et caritas. Tunc has procellas demonis sic permittit insurgere ut pene splendor fidei obtenebrescat, spei rectitudo conturbetur et flamma caritatis refrigescat. Tertio in ipsa temptatione et tribulatione sepe fit divini auxilii subtractio, quod notatur cum dicitur: Ipse vero dormiebat. Ubi notandum: aliquibus semper dormit, aliquibus semper vigilat, aliquibus quandoque dormit quandoque vigilat. Primis quidem semper dormit quia dampnatos eterne dampnacioni tradit. Job xxiiii: Obliviscatur eius misericordia. Secundis semper vigilat quia parvulos custodit et coronat. Dan. iiii: Ecce vigil et sanctus descendit de celo etc. Imperfectis autem aliquando vigilat, servos suos a tribulationibus et temptationibus custodiendo. Ps.: Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Aliquando dormit eos tribulationibus exponendo. Unde dicit ille Psalmista: Exurge quare obdormis domine. Quarto in ipsa temptatione et auxilii divini subtractione debet fieri oratio clamorosa, quod notatur per hoc quod accesserunt et suscitaverunt eum dicentes: Domine salva nos perimus. Quinto Christus fecit in mari magnam tribulationem, quod notatur per hoc quod dicitur: Porro homines illi mirati sunt etc. Ut magna tribulatio magistri discipulis incuteret timorem et magnus timor induceret eos ad clamorosam orationem et clamorosa oratio induceret Christum ad magnam mirabilem operationem et magna mirabilium operatio induceret homines ad fidei admirationem. Est igitur Christus tempore tribulationis clamosis precibus excitandus. Augustinus: Excita Christum in corde tuo, vigilet fides tua, tranquilla conscientia tua et liberabitur navis tua. Sic et isti in [illegible] periclitantes clamaverunt ut precibus clamantes exaudirentur; exauditi glorificaverunt deum. Iste autem clamor non tantum debet fieri voce iuxta illud Ps.: Voce mea ad dominum clamavi et intendit, exaudivit me deus. Sed etiam opere ut fecerunt Ninivite ieiuniis elemosinis et maceracioni corporis. Jone iii: Homines et iumenta et boves et pecora non gustent quicquam nec pascantur et aquam non bibant et operiantur saccis homines et iumenta et clament ad dominum in fortitudine etc. Quinto post clamosam orationem sequitur divina visitatio, quod notatur cum dicitur: Tunc surgens imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna. Ipsa tribulatio est sicut quedam tempestas quia mentem conturbat, et sicut quedam pluvia quia multas lacrimas generat. Est etiam velud quedam nebula quia mentem obscurat. Sed Christus a nobis clamantibus excitatus expellit omnem tempestatem et subsequitur vera tranquillitas; expellit omnem pluviam lacrimarum et remanet vera iocunditas. Tobie iii: Post tempestatem tranquillum facis et post lacrimationem et fletum exultationem infundis. Expellit omnem nebulam et remanet vera serenitas. Mt. xvi: Facto vespere dicitis serenum erit, rubicundum enim est celum. Per vesper presens vita intelligitur, per mane autem inchoatio vite eterne figuratur. In vespere enim presentis vite in sanctis rubicundum est celum [illegible], quia in mane vite eterne habebunt serenitatem conscientie [illegible]. Sexto post tantam mentis tranquillitatem causatur magna admiratio, quod notatur per hoc quod dicitur: Porro homines illi mirati sunt etc. Admiratur enim homo de tanta facultate. Eccli. xliii: In sermone eius siluit ventus. Ps.: Tu dominaberis potestati maris etc. Admiratur de pessima tanta amaritudine et subsecuta tanta dulcedine. Ps.: Secundum multitudinem dolorum meorum etc. Admiratur de pessima difficultate et subsecuta facilitate. Bern. in sermonibus: Turbatur aliquis vehementer [illegible] quia in animo per tribulationem aliquam secularem seu accidiam spiritus et animi quandoque desistere languescens iam temptari incipit [illegible] quia habeat sustinere [illegible] quibusdam [illegible] huiusmodi homines intendo ab angelis supportari ut quodammodo non sentientes transeant que tanto tempore formidabant nec parum mirentur postmodum de superposita facilitate que iam superposuere difficultatem etc.

Sermo secundus

Ascendente Ihesu in naviculam etc. [illegible] deus fecisse navem inocentie in qua posuit Adam ut in illa

Dnica 24

ad celestem patriam tenderet. Sed illa navis
naufragium pertulit quando ~~gubernatorem~~
~~suum scilicet~~ Adam perdidit. Secundo fuit na-
vis synagoge que tamen uiribus terrenis onera-
vit quia Iudeis tantum terrena promisit. Sed
ista navis naufragium pertulit quando gub-
natorem suum scilicet Christum in cruce occidit. Illa fuit
tertiam navem scilicet sanctam ecclesiam quei
modum navis in principio fuit arta quia pau-
cos habuit credentes. In fine etiam sub Antichristo
tempore erit angusta quia tunc pauci erunt
fideles. In medio autem lata quia modo fides
multum est dilatata. De ista autem navi
ecclesie dicit Cris. super Matth. Navigat ecclesia
instructa fidei gubernaculis felici cursu per
huius seculi mare habens deum gubernatorem
angelos remiges portans choros sanctorum
omnium erecta in medio ipsa salutari arbore
crucis in qua evangelice fidei vela suspe-
ndens flante spiritu sancto ad portum paradisi
et securitatem quietis eterne deducitur.
Gl. Cris. describit navem ecclesie quantum
ad tria. Primo quantum ad mare quod habet
transire cum dicit que navigat per huius seculi
mare. Videlicet enim iste mare dicitur et
mare periculosum dicitur quia in eo multi
periclitantur in mari autem Sicilie ubi est Scil-
la Caribdis duo declinare animalibus per-
icula. In isto autem mari duo declinare ani-
mabus liberabit. Una Avaricia animas fideli-
um absorbebit te amatores suos devorare
novit non portare. Ideo rogat psalmista d.
Non me demergat tempestas aque neque
absorbeat me profundum neque urgeat super me
puteus os suum. Prima rogat quantum scilicet ad
que non demergat. Aut que non absorbe-
at. Aut que non includat. Illi demergu-
ntur in aqua tempestuosam qui cadunt
in mortalem culpam. Sed tamen adhuc
possunt liberari. Illi absorbentur a pro-
fundo qui per longam consuetudinem sunt
profundati in peccato et tamen aliquando ex mag-
na dei misericordia liberantur. Ps. dixit dominus
ex Basan convertam convertam in profundum maris.
Sed tunc puteus os suum urget i clau-
dit quando profunditas peccatorum animam in despera-
tione cecidit. Dicit tamen Aug. huic allo-
alluvius non urgebit super te puteus os suum

scilicet si tu non clauseris os tuum confitendo. Secundo
describit navem quantum ad gubernatorem cum
dicit habens deum gubernatorem. Aug. Io.
non potest naufragium sustinere non enim timen-
da est tempestas qua pater magis habet
in manu sua cohibens eam cum viderit ex-
pedire. Iob xxxviii. Quis conclusit ostiis
mare quando erumpebat quasi de vulva
procedens. Rich. Quantumcumque serviat tri-
bulatio non putes te derelictum sed memi-
neris scriptum esse in ps. Cum ipso sum
in tribulatione. Ys. xliii. Cum transieris
aquas tecum ero et flumina non operient te.
Aliquando autem iste nauta permittit hanc
navem tribulationum fluctibus operiri ne
homo securum se reddat sed semper de se
timeat et spem suam in deo ponat. Bern.
in sermonibus. Nusquam est securitas fratres
neque in celo neque in paradiso multominus
in mundo. In celo angelus cecidit ~~in paradi~~
sub presentia divinitatis. Adam in paradiso de
loco voluptatis. Iudas de mundo de scola
salvatoris. Discipuli etiam fuerunt in peri-
culo in presentia gubernatoris. Potest etiam
dici que ista navis ecclesie habet quatuor
gubernatores scilicet quatuor virtutes cardi-
nales. Primam prudentia ipsam regit quasi
a anteriori scilicet a prora quia eius est ca-
vere a periculis futuris. Iusticia autem a poste-
riori quasi a puppi quia eius est satisfacere
de preteritis unde et ea que aliquando eveniunt
in mari audiuntur et iudicantur in puppi.
Temperantia a dextris ne nimis resolvatur ut
securam se reddat in prosperitate. Fortitudo a
sinistris ne frangatur et succumbat in adversis.
Tertio describit eam quantum ad remiges
quos habent ipsam ducere cum dicit angelos re-
miges. Remigant autem angeli et ecclesiam de-
ducunt cum tribus ordinibus remigum scilicet
cum purgativis illuminativis et perfectivis. Ita
secundum Dyonisium angeli habent nos purgare
illuminare et perficere. Tunc isti angeli navem
ecclesie usque ad portum paradisi cum hiis tribus
ordinibus remigum trahunt quando alios
purgant a culpa alios illuminant in fide
alios perficiunt in operatione sollicita. [illegible]
movit. Act. xii in liberatione Petri dicitur ei
que angelus ibi astitit et lumen refulsit

[illegible] cardinalibus

in habitaculo cantores et quia cathenas frangit
et quia ipsum excitavit dicens surge. Tunc an-
gelus habitaculum illuminat quando cor-
dem per veram fidem irradiat. Tunc cathe-
nas frangit quando nexus peccatorum mortis
dissolvit. Tunc velociter excitat quando ad bo-
4° num operandum nos sollicitat. Quarto descri-
bit eam quantum ad ostium quod habet desuper
ut dicit portas chorus sanctorum etc. Isti autem
chori sanctorum quando ecclesie portant et nobis
gradibus et statibus distinguuntur scilicet in
virginali viduali et matrimoniali. Tunc
autem non est in aliquo istorum statuum non
est in navi ecclesie quantum ad unitatem sed
extra et ideo submergitur. Isti tres cho-
ri et status salvatorum signantur per illos qui
in ista navicula continebantur. Ibi enim erat
Christus et discipuli eius et ceteri homines ad-
nitantes. Per Christum intelliguntur illi qui habent
virginalem innocentiam. Per discipulos illi qui
habent vidualem continentiam. Per ceteros
homines illi qui servant matrimonialem munditiam.
Isti sunt tres viri de quibus dicitur Ezechielis
xiiij Si fuerint tres viri isti in medio eius Noe
Daniel et Job ipsi iustitia sua liberabunt
animas suas. Per Noe qui cum uxore sua rexit
archam intelliguntur coniugati qui suam regunt
familiam. Per Danielem intelliguntur illi qui
virginalem servant innocentiam. Per Job signantur
penitentes qui conservant continentiam.
5° Quinto describit eam quantum ad arborem
quam navi erigitur scilicet erecta in medio
ipsa salutari arbore crucis. De ista arbore
dicitur Ezechielis xxvij Cedrum de Libano tulerunt
ut facerent sibi malum. Sunt autem duo genera
cedrorum. Cedrus que nascitur in Libano
que est valde alta et odorifera et signat
crucem que adeo fuit alta quia eius virtus
in celum ascendit, adeo odorifera quia peccatores
reconciliavit. Alia cedrus est maritima
que poma producit triplicis saporis quorum(?)
quarum prima est calida media temperata ul-
tima frigida. Ista autem cedrus maritima
est crux sancta que protulit pomum id est
Christum in quo fuit triplex substantia scilicet deitas
caro et anima. Prima scilicet deitas fuit val-
de calida quia est viciorum consumptiva
et omnium cordium inflammativa Hebreorum xij Deus
noster ignis consumens est. Media scilicet

anima fuit valde temperata quia omnes
virtutes in ea tenuerunt suum medium. Ver-
bum(?) aliqui ad suum declinavit extremum.
Ultima scilicet caro fuit frigida quia ab
omni concupiscentia penitus fuit aliena. Sexto 6°
describit eam quantum ad velum quod in
ea suspenditur ut dicit Pagina evangelii
fidei vela suspenderunt. Velum igitur in hac
arbore suspensum est ipsa doctrina evangelica
sed quia vela regalia consueverunt esse
diversorum colorum ideo quatuor evangeliste
velum istud contexuerunt et diversos colores
apposuerunt. Matheus enim agit
de Christi incarnatione que facta est ex infi-
nita dei caritate Ieremie xxxj In caritate
perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans.
Et ideo Matheus apposuit ibi colorem rubeum
per quem ignita caritas designatur. Lucas ap-
tius egit de Christi passione in qua fuit Christus
totus denigratus Apocalypsis vi Sol factus est
niger tanquam saccus cilicinus. Et ideo Lucas
ibi apposuit colorem nigrum. Marcus autem
egit de Christi resurrectione in qua Christus to-
tus fuit candidus et fulgidus unde et
angelus qui venit eius nunciare venit(?)
in candida veste apparuit et ideo Marcus
apposuit ibi colorem album. Iohannes autem
egit de Christi divinitate que est aurea iuxta
illud Canticorum v Caput eius aurum optimum.
Caput autem Christi est ipse deus ut dicitur i
Corinthiorum xi. Et ideo Iohannes apposuit ibi colorem
aureum. Septimo describit eam quantum 7°
ad ventum quo impellitur ut dicit flante
spiritu sancto. Psalmus Spiritus tuus bonus deducet
me in terram rectam. De isto vento spiritus dicitur
iij Regum xix Ecce dominus transiit et spiritus
grandis et fortis subvertens montes et
conterens petras ante dominum non in spiritu dominus
et post spiritum commotio non in commotione dominus
et post commotionem ignis non in igne dominus
et post ignem sibilus aure tenuis et ibi
dominus. Est enim quidam malus spiritus qui
preest superbie scilicet lucifer et iste est
de quo dicitur Spiritus grandis et fortis etc.
Est alius qui preest avaritie scilicet mam-
mona et iste est de quo dicitur Et post spiritum
commotio scilicet tremor(?). Est alius qui preest
carnali concupiscentie scilicet Asmodeus et.

iste est de quo dicitur Et post comorationem ignis
diabolus cum primo mentem arripit per superbiam
deinde ipsam illaqueat per avariciam. Tandem
ipsam inflammat per malam concupiscentiam. Habet
igitur dyabolus naves suas. Una est navis
superborum que dicitur Luciferi. Alia avarorum
que dicitur avaritia. Tertia luxuriosorum
que dicitur Asmodeo. In nulla autem istarum
est deus. Sed deus habet navem humilium
et pauperum et mundorum que dicitur Spiritu
sancto qui est sibilus aure tenuis. Ipse
enim dilatat cum sit sibilus et refrigerat cum
sit aura et tranquillat cum sit tenuis.
8 Octavo describit eam quantum ad portum
ad quem adducitur cum dicitur ad portum para-
dysi requietis eterne deducitur. In portu enim
navis sunt securi a piratis et ventis, sunt
quieti a laboribus propriis, et sunt opu-
lenti de mercibus apportatis unde portus
apportare mercibus nomen accepit. Sic et
illi qui sunt in portu celestis patrie sunt
securi a temptationibus hostis, quieti
a laboribus propriis et opulenti ex
bonis meritis. Ys. xxxii Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis et in requie
in tabernaculis fiducie, ecce qui securi, et
requie opulenta, ecce qui opulenti etc.

no 24 Ascendente Sermo tertius
Ihesu in naviculam etc. Ordinem
ysidorus in Originali super ant.
Quoniamque turba domini comprimebat
tria refugia habebat scilicet desertum
montem et navem. De refugio deserti
dicitur Marci vi Venite seorsum in desertum
locum et requiescite pusillum. Erant enim
qui veniebant et redibant multi et nec
spatium manducandi habebant. De refugio mon-
tis dicitur Math. v Videns Ihesus turbas
ascendit in montem. De refugio navis
dicitur Luc. v Cum turbe irruerent in
eum ut audirent verbum dei et ipse stabat secus
stagnum genesareth [illegible] [illegible] et [illegible]
Ascendens autem in unam navim que erat
Symonis rogavit eum ut a terra reduceret pau-
lulum.
Quoniamque ergo opprimimur a multitudine
cogitationum vel temptationum vel sollici-
tudinum debemus refugere ad desertum [illegible]
quia ibi invenimus quietem et refectionem

Jo. xvi In mundo pressuram habebitis in me
autem pacem. Mt. xi Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis etc. Ad montem habi-
tationis superne de qua monte dicitur in ps.
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo etc. Ad istum
montem debemus fugere desiderio et conversatione.
Philipp. iii Nostra autem conversatio in celis est.
Ad navem crucis domini de qua hic dicitur
Ascendente Ihesu in naviculam etc. i. crucem
suam per quam mare prius seculi transivit
[illegible] et cum suis fidelibus sequi docuit [illegible]
illud Mt. xvi Si quis vult post me ve-
nire abneget semetipsum et tollat crucem suam
et sequatur me etc. Ista autem navicula [illegible]
[illegible] quinque sunt videnda. Primo que fuit eius
causa. Secundo que fuit eius arbor. Tertio quod
fuerit eius velum. Quarto quis in ea fuit mer-
cator. Et quinto que fuerit eius merces. Circa
primum notandum quod causa eius fuit quadruplex
scilicet materialis formalis efficiens et finalis.
Causa efficiens fuit [illegible] scilicet pi[illegible]
qui ibi posuit suam potentiam in quantum
per bellum crucis hostem potentem prostravit. Ys.
xxx [illegible] pavebunt a facie signa per-
cussus. [illegible] xxxiii [illegible] signa [illegible]
et [illegible] duces moab. Filius dei posuit
suam sapientiam in quantum dyaboli astutiam
[illegible] in muscipula decepit. Aug. [illegible]
[illegible] redemptor et victus est deceptor. Et quid
fecit redemptor noster [illegible] [illegible]
dit muscipulam i. crucem suam et posuit in
ea escam sanguinem suum. Ille autem voluit
rape sanguinem non debitoris. Ipse quod [illegible]
a debitoribus. Spiritus sanctus ibi posuit suam
[illegible] quia per nimiam suam hominis sal-
[illegible] fecit. Tyti iii Non ex operibus iustitie
que fecimus nos sed secundum suam misericordiam salvos
fecit. Causa materialis fuit lignum quia
[illegible] diffe[illegible] lignorum compaginata
fuit [illegible] pes. Cum [illegible] qui infra
figebatur [illegible] fuit de cedro stipes
quo in altum erigebatur. Fuit de cypresso [illegible]
[illegible] lignum transversale. Fuit de palma
tabula superposita. Fuit de [illegible] [illegible]
lignum [illegible] quadruplex crucis efficacia
prima est quia malas cogitationes fugat
quod [illegible] [illegible] [illegible] odor [illegible] fugat

Secunda est quia in tribulatione constanciam
prestat quod significatur per cypressum que nullius uenti
impulsu poma amittit. Tercia est quod de hostibus
triumphat quod significatur per palmam qua uictores
coronabantur. Quarta est quia amantis
pene temperat quod significatur per oliuam cuius li-
quor dolores soluere sanat. Item huius uirtu-
tis consueuimus nos crucis signaculo qui-
re uel cum aliqua mala cogitatio se ingerit
uel cum aliquod periculum subito emergit uel cum
aliquod fantasma dyabolicum sensibus nostris
se obicit uel cum aliquis dolor nos arripit.
Causa formalis est forma crucis quia ad
instar nauis in principio fuit augusta in
medio lata in fine stricta. Hec fuit augusta
in principio ut caput ibi locum non haberet ubi
se reclinaret. Hec fuit arta in fine ut pedes
sibi pedem iungerentur. Lata fuit sic in medio
ut brachia in longum extenderentur. Causa fi-
nalis fuit ut genus humanum per huius seculi
mare secure transiret. Iste mundus est mare
uallis et flumius. ideo nobis parauit Christus
crucem tanquam nauiculam scalam et pontem
quia tumendum est cum mare magno nobis pericu-
tantur. ideo dedit nobis crucem suam tanquam
nauiculam ut per eam secure transeamus et ual-
lem possimus. Cap. xviii. Et quo ligno
credunt homines duas suas transeuntes mare
per crucem liberati sunt quia est uallis dedit eis
nobis crucem tanquam scalam ut de ualle miseri-
e possimus ascendere ad montem habitationis
celeste ista scala significatur Gen. xxviii ubi dicitur
quod iacob uidit scalam stantem super terram et
cacumine eius tangens celum. quia est flumius
dedit nobis crucem tanquam pontem sine baculum
quo secure transeamus sine transiendo possimus
hebr. ix. Christus assistens pontifex futurorum
etc. fuit enim pontifex i. pontem faciens. i. quo
ponte ipsa crux fuit per trabem corpus Christi suppo-
sita per tabulam apposita que tribus clauis fuit
firmata. Est enim baculus iuxta illud Gen.
xxxii in baculo meo transiui iordanem istum etc.
2 4 Sexto uidendum est que fuit arbor nostre
nauicule. Arbor quidem eius fuit Christus sed
cum arbor in naui stat erecta sic erat in
cruce eius sed stetit extensa. De ista arbore
dicitur Ezech. xxvii. Cedrum de libano tulerunt
ut facerent tibi malum assimilatur enim Christus
cedro non tantum propter suam sublimitatem sed
etiam propter suum fructum qualitatem. Poma

enim cedrina in aliqua sui parte sunt dulcia
in alia acerosa in alia inter dulce et acero-
sum sunt media per que significantur tres in Christo
substantie. In Christo enim ut dictum est fuit caro
anima et diuinitas. Eius enim diuinitas fuit
dulcissima. Eius caro fuit amaritudine
plena ps. i. A planta pedis usque ad uerti-
cem non est in eo sanitas. Eius etiam anima fuit
dolore plena inquantum ut fuit infecta pa-
ciebatur et fuit dulcedine repleta in
quantum diuinitate fruebatur. ps. Conscidisti
saccum meum et circumdedisti
me leticia. circa dei fruitionem. Tercio uidendum 3
est quod fuit uelum Christus enim qui fuit
arbor fuit etiam uela. De isto uelo dicitur
Ezech. xxvii. byssus uaria ac textus de egyp-
to est tibi uelum. Istud igitur uelum dicitur fuisse
uarium quia contextum fuit colore albo ru-
beo et aureo. Color albus est eius caro
mundissima. Color rubeus est eius anima
caritate feruentissima. Color aureus est eius
diuinitas preciosissima. Cant. v. dilectus meus
candidus et rubicundus. electus ex milibus
candidus propter carnis puritatem rubicun-
dus propter anime caritatem electus ex milibus
propter diuine maiestatem. Quarto uidendum x
est quis in ista nauicula fuit mercator ipse sed
Christus de quo dicitur prov. ultimo. facta est quasi
nauis institoris de longe portans panem
suum. In ista enim naui iste mercator porta-
uit panem suum i. se ipsum qui dicit Io. vi. Ego
sum panis uiuus qui de celo descendi et por-
tauit de longe. Istud autem de longe uel dicitur
distantiam naturarum quia iste panis constat
ex natura diuina et humana que infini-
tum distant uel dicit distantiam meritorum quia
nullam meritam meruit ut deus ad nos ueniret
et homo fieret meruerit. de isto pane dicitur
Jer. xi. Mittamus lignum in panem eius i. mit-
tamus panem celestem in lignum crucis i. in
crucem. Quinto uidendum est que fuit merc- 7
es quas iste mercator portauit de quibus
mercibus sicut dicit August. super illud Heb.
ii. Et liberaret eos qui timore mortis per
totam uitam obnoxii erant seruituti etc. In
seculo isto mala piissimo quidem habundant nasci
nasci laborare et mori. Hec sunt merces
regionis nostre et ad tales merces mercator ille

descendit et quia omnis mercator dat et
accipit dat quod habet accipit quod non
habet ideo Christus mercatoris officium exercuit dedit et
accepit accepit a nobis illud quod hic habuimus
dat scilicet nasci laborare et mori dedit re-
nasci resurgere et mecum regnare Ex hiis
patet quod Christus a nobis tres mercedes accepit
scilicet nasci laborare et mori | De prima mercede
dicitur Ys. ix. Parvulus natus est nobis
etc. | De secunda Ps. Pauper sum ego et in laboribus
a iuventute mea | De tertia Ph. ii. Factus est
obediens usque ad mortem mortem autem crucis
Nobis autem dedit tres suas merces scilicet
renasci resurgere et mecum regnare | De prima
Jo. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri etc.
Jo. iii. Nisi quis renatus fuerit ex aqua
et spiritu etc. | De secunda Jo. v. Ego resuscitabo
eum in novissimo die. De tertia Luc. xii. Noli
timere pusillus grex quia complacuit
patri vestro dare vobis regnum etc. Sequitur.

Dominica quarta sermo primus

Simile est regnum celorum homini
qui seminavit bonum semen in
agro suo Mt. xiii. | Istam para-
bolam de seminante bonum semen et superseminan-
te zizania dominus per se ipsum exposuit | Secun-
dum eius expositionem in isto evangelio plura
1 videnda occurrunt | Primo videndum est quis
est iste qui seminat quia filius hominis /
diabolus quidem seminaverat in mundo tria se-
mina pestifera scilicet ignorantiam cul-
pam et miseriam | Ideo de celo venit celestis
agricola portans tria semina illis contraria
scilicet sapientiam gratiam et gloriam | De quibus
dicitur Jo. i. Vidimus gloriam eius etc. Ecce semen
glorie plenum gratie ecce semen plenum glorie
plenum gratie et veritatis ecce plenum gratie
et ecce semen sapientie Primo igitur diabolus
1 seminaverat ignorantiam et ab hoc mundus
erat tenebrosus ideo Christus portavit sa-
pientiam illuminantem Jo. i. Lux in tenebris
lucet etc. Ro. xiii. Nox precessit dies autem
2 appropinquavit | Secundo diabolus seminave-
rat culpam et ab hoc mundus erat frigi-
dus Ier. vi. Sicut frigidam facit cisternam

aquam suam sic frigidam facit malitiam suam si-
cut Ideo Christus portavit gratiam inflamantem
Luc. xii. | Ignem veni mittere in terram etc. | Tertio 3
diabolus seminaverat miseriam et ab hoc
mundus erat ignominiosus homo quidem in
tanta miseria et ignominia devenerat quod iu-
mentis similis factus erat | Ideo Christus porta-
vit gloriam exaltantem | Ideo quidem hominem
exaltavit quod qui erat iumentis similis fe-
cit eum fratrem suum angelis sociumque regem celestem
et omnibus creaturis prelatum et principem Ista
tangit in Ps. Quid est homo quod memor es eius
aut filius hominis quoniam visitas eum Ac si diceret.
licet homo esset vilis conditionis tamen
memor tu eius fuisti quando in ipso tunc carnem
contraxisti et quamvis eum paulominus ab
angelis minuisti propter naturam corruptibilem
tamen eum adequasti eis per gloriam consilium
Ps. Gloria et honore coronasti eum quia fe-
cisti eum regem et constituisti eum super opera ma-
nuum tuarum quia fecisti eum prelatum et princi-
pem | Secundo videndum est quis est ager ista
mundus | Iuxta tamen agros sepe sunt pruri-
gines malarum concupiscentiarum punctiones scilicet
vim sollicitudinum et desiderata est sepibus qui-
bus sensibus Desertis tribus dicitur Prov. xxiiii.
Per agrum hominis pigri transivi et per vineam
viri stulti vidi et ecce totum repleverant urtice
et operuerant superficiem eius spine et
maceries lapidum destructa erat Ideo ut non
contra non sit ager aptus ad seminandum
debemus evellere urticas male concupiscentie et
plantare virtutem temperantie Ys. lv. Pro urti-
ca crescit mirtus Urtica autem notandum est
quod tactu urit et est ignee nature
et pruriginem generat et ideo concupiscentiam car-
nalem designat Mirtus secundum Ysidorum dicitur
amaritudo quod in litore maris virens nascitur
et est nature temperatissime et significat conti-
nentiam Nunc ergo pro urtica crescit mirtus
quando in anima ubi urgebat prurigo concupiscentie
virtus continentie oritur Debemus etiam evellere spinas pungentium
sollicitudinum et facere cor nostrum | Ier. iiii.

novate vobis novale et nolite serere super spinas. Debemus etiam edificare circa sensus corporis spinas sepes custodie. Eccl. xxviii. Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam etc. Eccl. x. Qui dissipat sepem
3 mordebit eum coluber scilicet infernalis. Tertio videndum est quid sit triticum quia filii regni. Triticum autem exterius habet ruborem, interius candorem, panis etiam de tritico multis admixtus mille saporum est receptivus. Sic filii dei ad proximum habent caritatem, interius mentis candorem scilicet puritatem, exterius in tempore considerando etiam infinita opera et beneficia dei infinitum inde hauriunt saporem. Cant. v. Dilectus meus candidus scilicet per puritatem, rubicundus scilicet per caritatem, electus ex milibus scilicet per tam mul-
4 tiplicem saporositatem. Quarto videndum est que sit zizania quia filii nequam. Zizania triplex habent videlicet acuta, ventosa et venenosam. Iniquitatum habet vim acutam signat avaritiam. Avari enim sunt valde acuti ad decipiendum. Ps. Sicut novacula acuta fecisti dolum. Sicut enim novacula acuta ducta per caput cito et totaliter radit sic avarus simplices cito et totaliter spoliat et decipit. Iniquitatum autem habent zizania vim ventosam significat superbiam. Prov. x. Qui nititur mendaciis hic pascit ventos, idem sequitur aves volantes. Superbus enim nititur mendaciis adulationum et sequitur ventos suarum ambitionum. Ventus enim dicitur eo quod violenter venit et tamen subito deficit. Sic ambitiones sepe in magnitudine veniunt et cito deficiunt. Tales etiam sequuntur aves volantes suorum desideriorum. Avis enim secundum Ysidorum dicitur a via quod est sine et via quia non habet certam viam, sed per aera vagando discurrit. Sic et superbi per vana desideria discurrunt et nichil stabile in mente recipit. Iniquitatum autem zizania habent vim venenosam, significat luxuriam. Deut. xxxii. Venenum aspidum insanabile. Aspis dicitur ab aspergo quia venenum spargit, et dyabolum significat qui spargit venenum luxurie quod dicitur insanabile. Aspis enim ne audiat incantantis vocem unam aurem terre figit et aliam cauda claudit. Hic est duplex causa quare sepe luxuriosi non sanantur. Una est quia habent copiam ciborum diviciarum que sunt materia luxurie, et hoc est aurem cordis infigere terre. Alia quia promittunt sibi longam vitam, et hoc est caudam interius ponere. Quin-
5 to videndum est qui sunt homines dormientes quia prelati negligentes. Tria sunt genera hominum quibus periculum est dormire scilicet pastores gregis et gubernatores navis et janitores abesse urbis. Periculum igitur est quando prelati dormiunt, primo quia sunt duces gregis pastores. Unde dicebat Jacob qui fuerat pastor gregis Gen. xxxi. Fugiebat sompnus ab oculis meis. Luc. ii. Pastores erant in regione eadem vigilantes etc. Secundo quia sunt navis ecclesie gubernatores. Prov. xxiii. Eris sicut dormiens in medio mari et quasi sopitus gubernator amisso clavo. Tertio quia sunt urbis ecclesie janitores. Talia modo obsessa scilicet demonibus et tyrannis et ideo periculum esset si isti janitores dormirent. Unde primus janitor reprehendebatur. Marc. xiiii. Symon dormis etc. Hoc signatum est ii Reg. iiii ubi dicitur quod ostiaria purgans triticum obdormivit et sic ingressus est Ysboseth.
Sexto videndum est quis sit iste inimicus homo quia dyabolus. Gradus ii Greg. sup. Inter malos et diabolum qui est caput eorum tanta est unitas atque conformitas quod aliquando membra appellantur nomine capitis. Joh. vi. Unus ex vobis est diabolus. Aliquando caput nomine membrorum sicut hic ubi diabolus vocatus est homo. Similiter inter bonos et Christum qui est caput eorum Gradus iii tanta est unitas quod aliquando membra vocantur nomine capitis. Ps. Nolite tangere christos meos etc. Aliquando caput assumit personam membrorum. Act. ix. Saule, Saule, quid me persequeris etc. Septimo
7 videndum est que sit messis quia consummatio seculi. Sicut enim vini modo seminant cum labore qui labor tantum est quod aliquando fletum inducit. Ps. Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. Expectant autem cum pace et timore separari dicitur Para. b.

Ecce agricola expectat preciosum fructum terre
patienter ferens donec accipiat temporaneum et
serotinum | Hunc intimore quia multa pericula
seminibus imminent Joel i. residuum eruce
comedit locusta residuum locuste comedit
bruchus et residuum bruci comedit erugo
Metent nos cum gaudio et exultacione ps.
Qui seminat in lacrimis etc. | Mali autem me-
tunt in dolore Job iiii. vidi eos qui operantur
iniquitatem et seminant dolores et me-
8 tunt eos flante deo perisse | Octavo videndum
est qui sunt messores quia angeli ad
quos tria spectabunt sicut in ewangelio
pium colligitur scilicet messio collectio et li-
gacio messio est in separacione malorum a
bonis transpicionis que secundum Augustinum cum
tanto amore dilexerunt quia membra sua
ea fecerunt et ideo sicut dolet homo in
membri abscisione sic dolebit de eorum
separacione | Collectio est in congregacione
reproborum a bonis Mt. xiii. Exibunt an-
geli et separabunt malos de medio iustorum
etc. | Alligacio est in associacione repro-
borum cum reprobis ergo sicut in domo patris
mei mansiones multe sunt pro diversitate
meritis sic dampnatos diversis suppliciis
gehenne ignis subibit diversitas criminum.

Domine nonne **Sermo secundus**
bonum semen seminasti in a-
gro tuo etc. | Ager iste sunt
corda fidelium que sunt corda ager achel-
demach hoc est ager sanguinis quod
quia xpus eorum animas suo sanguine com-
paravit | In isto agro dyabolus sepe se-
minia sua mala spargit | Non enim temp-
tat malos sed bonos | Unde secundum Augustinum
illos pulsare negligit quos quieto
iure possidere se sentit bonos autem
sicut alibi dicit Gregorius assidua tempta-
cione impugnat ut saltem tedio vin-
cat serum igitur perfamulias i. sancti
prelati et doctores servientes agrum istum
tam care a xpo emptum et tam bene
seminatum et tunc audientes in eo semen
zizanium quererunt et dicunt | Nonne bonum
semen seminasti in agro tuo etc. | Ubi
tria tanguntur primo proposita questio cum dicitur

Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo
etc. Ubi tria tanguntur primo proposita | Secundo
proposite questionis admiracio cum dicitur Unde
ergo habet zizania | 3o prime questionis et ad-
miracionis determinacio cum dicitur Inimicus
homo hoc fecit | Circa primum notandum quod ager 1m
dei sicut xpus exponit est mundus et per-
ni dei qui sunt in mundo quantum ad ha-
bitacionem corporalem iuxta illud Jo. xvii.
Et hii in mundo sunt et tamen sunt in
celo quantum ad mentis conversacionem iuxta illud
phil. iii. Nostra conversacio in celis | Iste
ille ager de quo dicitur Josue xv. quod axa
rogata est a viro suo ut peteret a patre suo
scilicet caleph agrum suspiravitque ut se-
debat in asino cui caleph quid habes inquit
At illa respondit Da michi benediccionem
tuam terram australem et arentem dedisti
michi iunge et irriguam dedit igitur ei ir-
riguum et superius et inferius | Ista sunt
illa tria scilicet corpus anima et spiritus
que ponit Apostolus de i. Thess. v. | Ipse autem
deus pacis sanctificet nos per omnia ut in-
teger spiritus vester et anima et corpus sine
querela in adventum domini nostri ihesu xpi servetur. Ista
autem tria a deo cum suspiriis petere debemus
Illi autem terram australem et arentem
qui habent corpus aridum i. a bonis car-
nali concupiscencia exsiccatum Gen. i. Con-
gregentur aque i. carnales concupis-
cencie in locum unum i. in minorem in virginibus
et i continentibus et appareat arida i. caro
a bonis libidine exsiccata | Illi autem irriguum
inferius quorum anime presentium tribulacione
afflicti sepius emittunt lacrimas doloris
Jo. xvi. Amen amen dico vobis quia plo-
rabitis et flebitis vos etc. | Illi habent
irriguum superius quorum spiritus pre desiderio
celestium sepe emittunt lacrimas devocionis
ps. Fuerunt michi lacrime mee panes die ac
nocte | Talis igitur ager sit aridus in corpore
sit inferius et irriguus in anima sit irriguum
et superius in spiritu aptus est ad producendum
lilium rosam et violam | Nam in corpore arido
i. mortificato crescit lilium castitatis et in-

dare. Est autem preciosior talis ariditas quam
coniugalis fecunditas. Ys. lvi. Non dicat
eunuchus: ecce ego lignum aridum, quia hec
dicit dominus eunuchis: qui custodierint sab-
bata mea et elegerint que ego volui et
tenuerint fedus meum, dabo eis in domo me-
a et in muris meis locum et nomen melius
a filiis et filiabus; et nomen sempiternum dabo
ei quod non peribit. Quod nomen sempi-
ternum est, ostendit Sap. iiii. O quam
pulchra est casta generatio cum claritate;
immortalis est enim memoria illius, quia in
anima irrigua pre amaritudine nascitur rosa
paciencie, quia sicut dicit Aug. Abel esse
non valet quem Cayn malicia non exercet.
Aug. Omnis malus aut ideo vivit ut
corrigatur, aut ideo ut per ipsum bonus exerce-
atur. Inferius irriguo per devotionem, sca-
la contemplationis superne. Ys. l[...]
Opprobrium improperancium meis de mane vi-
2° gilabo ad te. Secundo ponitur ibi questio
admirationis cum dicit: Unde ergo habet zizania.
Ad istam questionem potest videri quod preter
causam quam ponit dominus: Inimicus ho-
mo hoc fecit, sunt alie tres cause ex quibus
1 zizania oriuntur. Primo ex cultorum negligencia:
quando agrum purgare negligunt, cum triti-
co enim consueverunt oriri zizania, sicut di-
citur palee que tamen non sunt cum tritico
recondende sed igne comburende. Jer. xx-
iii. Quid paleis ad triticum, dicit dominus. Et
spine. Mt. xiii. Simul exorte spine suffoca-
verunt illud. Hec autem ita inter se differunt,
quia zizania non sunt de semine tritici, in
herba tamen assimilantur tritico. Palee vero
sunt de semine tritici instructa cum tritico non
assimilantur. Spine autem nec sunt de se-
mine tritici nec in aliquo sibi assimilantur.
Semen est verbum dei ex quo omnia bona
opera nascuntur. Heretici ergo sunt ziza-
nia quia non nascuntur ex semine tritici,
i. verbo dei, assimilantur tamen tritico, i. ca-
tholicis in herba, i. conversatione simulata.
Mt. vii. Attendite a falsis prophetis qui veniunt
ad vos in vestimentis ovium. Ista tamen
zizania sunt comburenda sicut dicitur hic.
Palee vero sunt christiani falsi qui licet nas-
cuntur ex semine tritici, i. verbo dei, non tamen

habent fructum boni operis et quamvis pa-
lee prosint tritico, non tamen reconduntur
in horreo cum tritico. Sic etiam tales quam-
vis prosint bonis, tamen quia non sunt
boni, ideo in igne eterno cremabuntur.
Mt. iii. Paleas autem comburet igni in-
extinguibili. Spine sunt similes illis de
quibus dicitur Judic. xii quod non poterant
dicere sibboleth quod interpretatur spica, sed
sebboleth quod interpretatur palea. Spine non
sunt homines impii qui nec folium ver-
borum habent nec opera et semper bonos
pungunt, aut in personis sicut tyranni,
aut in rebus sicut usurarii, aut in vita
pravitatis exemplo sicut mali prelati. Tales
spine comburentur. Ys. xxxiii. Spine
congregate igni comburentur. Secundo 1
nascuntur zizania ex pravis contubernia
et super malorum societate que bonos cor-
rumpit et ubique est periculosa et dam-
pnosa, scilicet in celo, in mundo et in inferno.
Nam in celo mala societas luciferi fecit
alios socios perdere regnum celi. Apoc. xii.
Cauda draconis trahebat terciam partem stel-
larum celi, vel prima pars angelorum fuit illorum
qui deo assistunt, alia illorum qui deo
ministrant, tercia illorum qui noluerunt
ministrare nec assistere, et istam terciam partem
traxit. Secundo est dampnosa in inferno.
Nam societas demonum dampnatorum facit
horrorem. Job xx. Vadent et venient
super eum horribiles. Societas [illegible]
[illegible] facit eis dolorem, ideo dives no-
lebat ut fratres sui advenirent descen-
dentes ne ei dolorem augerent. Societas
omnium et singulorum facit eis stuporem.
Ys. xiii. Unusquisque ad proximum suum
stupebit, et facies combuste vultus
eorum. Tercio est nociva in mundo malorum 3
cum sunt invidi, ideo alios inquinant.
Eccli. xiii. Qui tetigerit picem coin-
quinabitur ab ea. Sunt tenebre, ideo
alios obscurant. ii Cor. vi. Que soci-
etas luci ad tenebras. Sunt corrup-
ti, ideo alios corrumpunt et viciant.
i Cor. xv. Corrumpunt bonos mores
colloquia mala. Tercio nascuntur zizania
3

extra procedit quod extra aliquando hu-
mor venenosus. Aliquando grossus. Aliquando
subtilis. Aliquando subtilissimus atque pu-
rissimus. Prima est semina nascentium
ex humore venenato sicut zizania. Isti
sunt luxuriosi. Unde dicitur de veneno pro
quo luxuria designatur Prover. xxiii. Et
quasi regulus venena diffundet. Venenum dicitur
a vena quia per venas usque ad cor discur-
rit. Vene autem hic sunt quinque sensus
corporis. Una vena est visus inquantum tur
venenum ponitur quando ex impudico aspectu
concupiscentia generatur. Alia vena est auditus
qui tunc venenum hauriit quando collo-
quium mulieris ipsum inficit et sicut per
tales venas illud venenum ad cor va-
dit et ipsum extinguebit. Alia generantur
ex humore grosso sicut urtica. Isti sunt
superbi qui nascuntur ex humore grosso
id est spiritu inflato. De quibus dicit Apostolus
Col. ii inflatus carnis sue. Augustinus
pellis inflata quid tenderis o sanies
fetida quid inflaris. Sed ista pellis in-
flata in morte detumescit et disrumpetur.
Sap. iiii disrumpet illos inflatos sine
voce. Alia generantur ex humore subti-
liore sicut milium quod licet sit vile tamen
est subtile et tenue. Isti sunt avari
qui sunt valde subtiles ad decipiendum
qui sunt ut subtiles. Je. iiii Sapientes sunt ut
faciant mala bene autem facere nescierunt.
Tales tamen subtiles in morte stulti ap-
parebunt. Ys. xix Confundentur qui
operabantur linum pectentes et texen-
tes subtilia. Alia generantur ex humore
subtilissimo et purissimo sicut triti-
cum. Isti sunt viri sancti qui quando
suscipiunt subtilissimum humorem id est pu-
rissimum amorem mundi non
ad superfluitatem sed ad necessitatem. I
Thy. vi Habentes alimenta et quibus
tegamur his contenti simus. Tertio po-
nitur questionis et admirationis de-
terminatio cum dicitur Inimicus homo hoc
fecit. Ubi queritur cur deus permittat dyabolum
zizania superseminare. Primo quia

deus seminavit in agro supremo id est in celo
natura angelica. Mox ibi lucifer super-
seminavit zizania id est superbiam. Seminavit
deus in agro medio id est in terrestri paradyso
humanam naturam. Mox ibi dyabolus super-
seminavit zizania id est inobedienciam. Se-
minavit deus in agro infimo id est in mundo
pacem et fraternam caritatem. Mox dyabolus
ibi superseminavit zizania id est invidiam
et malam voluntatem. Sicut patet in
Cayn et Abel. Seminat cottidie deus
in agro interiori id est in mente bona pro-
posita. Dyabolus superseminat zizania id est
carnalia desideria. Seminat deus in agro
exteriori id est in corpore mundiciam et puritatem.
Dyabolus superseminat zizania id est immun-
diciam et carnalitatem. Et ideo bene dicitur
Prover. vi Homo apostata vir inutilis
graditur ore perverso et in omni tempore iurgia
seminat. Dyabolus homo dicitur quia hominem
vincit sicut ab Affrica dicitur Scipio Affricanus
et est apostata quia a deo apostatavit et
est inutilis immo valde nocivus et graditur
ore perverso quia mendax est et pater eius. Et cetera.

Colligite. Sermo tertius

Colligite primum zizania et alligate ea in
fasciculos ad comburendum et cetera.
Noluit deus ut zizania ante messem e-
radicaretur quod de quadruplici eradicatione
intelligendum est. Aut de eradicatione ulti-
ma et omnimoda que facienda est tempore messis
id est in fine seculi. Ideo dicitur Sinite utraque cres-
cere usque ad messem. Aut de eradicatione
precipita et dubia ut quando non est certum
de aliquo quod sit zizania quamvis aliquibus
signis appareat. Unde dicit Crisostomus in glosa
ibidem. Hic videtur contrarium verbo apostoli
qui ait auferte malum a vobis quia sed
lolium et triticum quamdiu sunt in herba
parum distant ita monet deus ne de am-
biguo iudicemus. Aut de eradicatione pericu-
losa ut quando non potest eradicari zi-
zania sine periculo tritici. Ideo dicit Ne forte
eradicetis et triticum. Aut de eradicatione li-
bidinosa ut quando ex libidine vindicte

vel motu impaciencie velle eos qui sunt malos au-
ferre quia tunc paciencia est servanda Iac. v.
pacientes estote fratres mei usque ad adventum
domini. quamvis igitur zizania simul cum tritico cres-
cant in agro non tamen cum tritico sunt in hor-
reo recondunt. sed triticum in horreo re-
conditur et zizania igni comburuntur
In quibus verbis premissis duo ponuntur scilicet pe-
na reproborum et gloria beatorum. pena reprobor-
ponitur cum dicitur Colligite primum zizania etc.
Circa ipsorum autem penam duo tria facit quia
facit ponit separationem a bonis ordinationem
in suppliciis et dispersionem in penis. Se-
paratio a bonis tangitur cum dicitur Colligite
id est tollite et auferte eos de medio ne cum
sanctis societatem habeant et ne faciem
dei videant verumtamen autem est magna pe-
na. scilicet amittere visionem dei et socie-
tatem angelorum et sanctorum in quibus
consistit tota beatitudo ipsorum sanctorum dicit
Aug. super Gen. quod sancti habebunt triplicem
visionem scilicet corporalem qua videbunt Christi
humanitatem et sanctos in corporibus glo-
rificatis et celum novum et terram novam spiritualem
qua videbunt angelos glorificatos et
animas sanctorum et intellectualem qua vide-
bunt ipsum deum. dampnati autem ista triplici
visione carebunt loco tamen eius habe-
bunt visionem corporalem qua videbunt
corpora dampnatorum denigrata torrida et
combusta et talis visio faciet in eis mag-
nam tristiciam. visionem quodammodo spiritua-
lem qua videbunt horribiles et deter-
rimos demones. et talis visio faciet in
eis magnam verecundiam et similem visio-
nem ut ita dicam intellectualem qua vi-
debunt luciferum qui erit quasi deus eorum
et deus infernalis et talis visio faciet
eis magnum dolorem et tribulationem. videndo
enim tam horribilem dominum stridebunt
dentibus pre timore. Ps. peccator videbit
tria scilicet supradicta et ex hoc irascetur cete-
quanto ferocior dentibus suis fremet cete-
quanto dentium stridor et habebit cete-
2 quanto stupor. Ordo dampnati habe-

bunt ordinationem in suppliciis quod nota-
tur cum dicitur Alligate ea in fasciculos ad com-
burendum. Greg. in moral. Si nullus in sup-
pliciis ordo servandus est nec combure-
nda zizania in fasciculos ligantur. sed mi-
nistrorum fasciculos ad comburendum ligare est
hos qui in eterno igni tradendi sunt pares
paribus sociare ut quos culpa similes
inquinat par etiam pena constringat
Contra videtur quod in inferno sit ordo sed contra-
rium videtur quod dicitur Iob x. Ubi nullus
ordo sed sempiternus horror inhabitat. Dicendum est
quod ibi est ordo et non ordo. primo
est ibi ordo divine iusticie Aug. peccatores in
suppliciis ordinantur ut iniqua sit deformis
culpe sine decore iusticie et hoc ostendit
Aug. triplici exemplo. pulchre enim gemma re-
lucet in anulo in auro tecta pulchre latro
appet in furca pulchre fimus manet in
cloaca Sic divina iusticia pulchre re-
lucet in carcere infernali pulchre peccator qui
est latro anime sue stat in patibulo diaboli
pulchre videlicet peccator qui est fimus diaboli
manet in cloaca infernali Secundo est ibi
ordo suppliciorum quia non omnes ibi equa-
liter puniuntur. sed iuxta mensuram pecca-
ti erit mensura supplicii Deut. xxv. pro men-
sura peccati erit et plagarum modus Tercio
est ibi ordo penitencie quia illi qui
fuerunt similes in culpa sociabuntur in
pena. Zach. xii. Planget familia terre scilicet
infernalis et familie seorsum Nam seorsum
planctum faciet familia superborum. seorsum
familia luxuriosorum. seorsum familia a-
varorum Dicitur etiam ibi non esse ordo et
hoc quantum ad tria. primo quia elementa
et cetere creature ibi non servant distinctionem
suam sed omnia sunt commixta et confusa
Ps. Ignis sulphur et spiritus procellarum
ut vero infimus vocatur chaos Luc. xvi.
Inter nos et vos magnum chaos est.
Secundo quia dampnati non servant ibi lo-
cum suum. ut enim dicitur inordinata que
frequenter mutant locum de dampnatis.

ante. Iob xxiiii. transient ab aquis nivium ad nimium calorem. Tertio quia ibi elementa non servant proprietates suas. Naturalis proprietas ignis glaciem et nivem habet resolvere; tunc autem non resolvet. Sap. xvi. Nix et glacies sustinebant vim ignis et non tabescebant. Proprietas aque est ignem extinguere; tunc autem non extinguet. Sapie. xix. Ignis in aqua valebat supra virtutem et aqua extinguentis nature obliviscebatur. Proprietas aeris est lumen recipere; tunc autem nullo modo recipiet. Sap. xvii. Nec siderum limpide flamme illuminare poterant illam noctem horrendam. Proprietas terre est infimum locum tenere; tunc autem peccator habebit terram sursum et deorsum, a dextris et a sinistris. Infimus enim creditur esse in centro terre ubi peccator undique terra vallatus est. Iob xx. Revelabunt celi iniquitatem eius et terra adversus eum consurget. Et tunc terra adversus peccatorem consurget quia ne unquam evadat eum custodiet. Quarto dampnati habebunt diversitatem in penis quia non equaliter sed per fasciculos punientur. Immersio est enim talis ut dicitur plenius Apoc. xvi. Babilon magna venit in memoriam ante deum dare illi calicem vini ire indignationis eius. Et est ibi fluvius rapidus. Daniel vii. Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Naturaliter (?) quidam bibunt tantum usque ad (?) qui se non sic graviter peccaverunt. Alii usque ad medium qui gravius deliquerunt. Alii usque ad profundum et usque ad feces qui se fecerunt profundati in sceleribus peccatorum. Ysa. li. Usque ad profundum calicis soporis bibisti et potasti usque ad feces. Est enim ibi fluvius igneus in quo non omnes equaliter punientur, quod signatum est Eze. xlvii ubi dicitur: mensus est mille cubitos et traduxit me per aquam usque ad talos. Qui rursus mensus est mille et traduxit me per aquam usque ad genua. Qui rursus mensus est mille et traduxit me per aquam usque ad renes. Et mensus est mille per torrentem quem non potui pertransire quia intumuerant aque profundi torrentis qui non potuit transvadari. Ecce peccator ponitur in isto fluvio quadrupliciter commensuratus. Alicubi attingit usque ad talos, alicubi ad genua, alicubi ad renes, alicubi usque ad caput et super caput. Per talos autem principium est et inchoatio. Per genua deambulatio. Per renes carnalis delectatio. Per profunditatem submersio. Sunt igitur quidam qui nova peccata incipiunt et sine pena decesserunt; isti ponuntur in isto fluvio usque ad talos. Alii sunt qui de malo in peius ambulaverunt nec ibi profecerunt; isti ponuntur usque ad genua. Alii sunt qui preter peccata spiritualia ut est superbia et invidia et preter peccata temporalia ut est usura rapina etc. peccata venalia commiserunt; isti ponuntur usque ad renes. Alii sunt qui omnia peccata per longam consuetudinem se immerserunt; isti ponuntur in profundo huius fluminis usque ad caput et super caput. Et quia omnia peccata super caput eorum ascenderunt, unde illud ps. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum, iustum est ut etiam pena eorum super caput ascendat. Secundo ponitur gloria beatorum cum dicitur: Triticum autem congregate in horreum meum. Notandum circa hoc triticum dei triplex potest considerari. Primo quod est magnum et signat electos qui dei servant precepta. Triticum enim magnum fructum facit, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum ut habetur Mt. xiii. Tunc autem tales fructum tricesimum generant qui cum fide trinitatis x precepta dei servant. Tunc faciunt fructum sexagesimum qui servant dei precepta et sex opera misericordie. Tunc faciunt fructum centesimum qui omnia ista faciunt non per laudem mundi sed pro gloria dei. Centesimus enim numerus de sinistra transit ad dextram. Secundo considerat triticum quod est maturum (?) et signat bonos prelatos qui dei sunt consilia (?)

area cum religionis sigt. Triticum autem in area
atribus purgatur scilicet a paleis a bauf-
tis et a commixtione pulveris. Multi sunt
religiosi qui habent cum paleis nimiam
societatem et hoc est triticum esse cum paleis
ideo sunt purgandi Ec. xxxiii. Panis pa-
leis adtritum dicit dominus. Alii habent ni-
miam mentis levitatem et hoc est esse tri-
ticum cum aristis que sunt leves et acute
quia tales in moribus habent levitatem
et in affatibus acuitatem et ideo sunt pur-
gandi Luc. iii. Cuius ventilabrum in manu
eius et purgabit aream suam etc. Alii habent
commixtionem pulveris i. nimiam terrenorum cupi-
ditatem et hoc est triticum esse cum pulvere et
ideo sunt purgandi sed aliud diabolus eos
cribrat et rotat nituntur facit de cupiditate
in cupiditatem Luc. xxii. Ecce Sathanas ex-
petivit vos ut cribraret sicut triticum
Cribrum cum circuitu movetur accepit eo
3 quia triticum erat prius. Tertio considera
triticum prout est in horreo et sigt status
prout sunt in gloria ubi sunt sine concuti
et ventis temptationum et tempestatibus
persecutionum securi. Tria sunt necessaria et sa-
lubria vite humane s. triticum vinum et oleum
Ista tria dabuntur sanctis in gloria Ps.
A fructu frumenti etc. Frumentum est refice-
re. Oleum delectare. Vinum iocundare. Sancti
ergo reficientur in visione Christi humanitatis
ubi delectabuntur in contemplatione deitatis
et iocundabuntur in pura eius vite societate etc.

Dominica in septuagesima sermo primus

Simile est regnum celorum homini
patrifamilias qui exiit primo
mane conducere operarios in
vineam suam Mat. xx. Dominus
ut sepe aditum vas in parabolis loque-
batur ut boni et humiles intelligerent
mali autem et superbi intelligere non possent.
Ad intelligentiam autem istius parabole plura
per ordinem sunt videnda. Primo que sit
ista vinea. Et est dicendum quod ista vinea
sigt ecclesiam sive universitatem fidelium Ys.
v. Vinea domini sabaoth domus Israel est.

Ista autem vinea tot palmites protulit quot
fideles habuit. Distinguebat autem duo
tria genera palmitum ut habetur Io. xv. Qui-
dam enim sunt viti i. Christo adherentes per
fidem non ferentes fructum operationis.
Unde Io. xv. Omnem palmitem in me
non ferentem fructum operationis tollet
eum scilicet pater meus de consortio beatorum
et ponet in consortio dampnatorum. De
talibus dicitur Sap. iiii. Adulterine plantationes
non dabunt radices altas nec stabile
firmamentum collocabunt. Notandum autem
adulterine plantationes ad radicem vitis
crescentes qui sunt infructuosi et viles.
Secundi palmites sunt qui nec viti ad-
herent per fidem nec fructificant per operationem
de quibus subditur. Si quis in me non
manserit mittetur foras sicut palmes et
colligent eum s. angeli et in ignem mittent
et ardet. Isti sunt heretici et scismatici
qui abscisi sunt penitus tam primi autem
palmites s. infructuosi quam secundi scilicet
precisi ad nichil sunt apti nisi ad ignem. Ez.
xv. Fili hominis quid fiet ligno vitis
ex omnibus lignis nemorum que sunt inter
ligna silvarum numquid tolletur de ea lignum
ut fiat opus aut fabricabitur paxillus
ut dependeat ex eo quodcumque vas ecce
igni datum est in escam. In talibus enim ho-
minibus non est lignum alicuius virtutis per
quod possit fieri aliquod opus meritorium
i. paxillus i. vita cuiusque ad quam vasa
subditorum possint pendere per exemplum et ideo ex
quo non sunt sibi utiles per meritoria opera
nec aliis per exemplum non sunt apti nisi ad in-
cendia. Tertii palmites sunt qui semper
viti adherent et fructum faciunt de quibus
dicit. Qui manet in me credendo obe-
diendo perseverando etc. collimando
subveniendo perseverantiam dando hic
fert fructum multum. Primus est abstinere
a viciis. Secundus est vacare operibus sanctis.
Tertius est edificatio aliorum. Quartus
est vita eterna. Tales enim multum fructi-
ficant tam quam apte qui est agricola

purgant ibidem omnem palmitem qui fert
fructum purgabit eum scilicet pater meus ut fruc-
tum plus afferat. Tamen a filio qui est vi-
tis nostra humor infunditur. Ie. xvii. Et tam-
quam lignum quod transplantatur super aquas
quod ad humorem mittit radices suas. tum
quia a spiritu sancto qui est solaris radius hu-
mectantur et excoquitur et vinum facit. Can-
ticorum i. Botrus cypri dilectus meus michi in vineis
engaddi. ad literam dicitur quod sol vero radio locum
illum engaddi respicit et ideo uvas exco-
quit et preciosum vinum facit. Secundo viden-
dum est quis est iste paterfamilias et dicen-
dum quod est deus qui habet tria palacia
in quibus tres habet familias. Primum est
celum ubi est familia filiorum. Io. Filii tui
sicut novelle etc. Secundum est mundus ubi
est familia militancium. Iob vii. Milicia
est vita hominis super terram. Tercium est in-
fernus ubi est familia gemencium in carcere
reorum. Ys. xxiiii. Congregabuntur in con-
gregatione unius fascis in lacum et clau-
dentur ibi in carcere. Vel potest dici quod iste
tres familie sunt tres status salvan-
dorum scilicet coniugati continentes virgines.
Qui enim non est in aliquo istorum trium sta-
tuum non est de familia dei sed dyaboli.
3 Tercio videndum est qui sunt isti operarii
et dicendum quod sunt fideles. Horum tamen tria
sunt genera. De quibus dicitur Apoc. iii. Utinam
frigidus esses aut calidus. sed quia te-
pidus es nec frigidus incipiam te evome-
re ex ore meo etc. Quidam enim fideliter ope-
rantur et fervent isti sunt calidi et boni
operarii. Ponit autem Crisostomus super Mt. tria
signa per que boni operarii discernuntur
a malis. Primum est quia bonus operarius
1 primo apparet opus et postea cibum. malus
autem prius habet oculos ad cibum quam ad
opus. Sic et servi dei in
operibus suis prius attendunt gloriam dei et
postmodum utilitatem suam et mali econ-
verso. Secundum est quod bonus operarius to-
2 tum diem expendit circa opus. Fleudum
modicum autem tempus circa cibum. malus autem
parum vellet operari et tota die comede-
re et inebriari. Sic et servi dei totum tempus
debent expendere circa spiritualia promerenda. mo-
dicum autem circa temporalia acquirenda. mali
autem econverso faciunt. Tercium est quod bonus
operarius si forte opus non potest perficere eru- 3
bescit mercedem petere vel coram domino
apparere. malus autem sive perficiat sive non
impudenter se ingerit et mercedem petit.
Sic et servi dei si forte aliqua causa vel
fragilitate impediti aliquod opus dei perficere
non faciunt apparere coram deo in oracionibus
erubescunt nec pro illo tempore mercedem a deo
sperare presumunt. mali autem etiam si nichil
boni faciunt audacter se ingerunt quia et
de dei paciencia et longanimitate nimis pre-
sumunt. Alii operantur nequiter. isti sunt fri-
gidi et mali operarii. De quibus sic dicit Aug.
super ps. Dicit homo miser. nolo me conti-
nere a malo et volo videre dies bonos.
Si operarius tuus tibi diceret. cum vastavero istam
vineam et addiderit me ad vineam ut fo-
diam eam et puteum et conclusam omnia [illegible] 7
diam eam et puteum et concidam omnia lig-
na vitibus ut non habeas quid colligas.
et tu serves ista reddetur ei mercedis labore
meum nonne illum impingeres dices et de domo
tua cum pelles antequam ad salarium manum
mitteret. Tales sunt homines. et qui sancte no-
lunt mala et dies videre bonos. Alii sunt
qui operantur negligenter. isti sunt tepidi
operarii qui sepe sunt peiores quam frigidi.
Aqua enim calida quando congelat fortius
congelatur quam frigida. causa quia frigus
maiorem resistenciam ibi invenit et ideo vi-
rtutem suam sibi fortius imprimit. Similiter
et ferrum durum et frigidum postquam calidum fit
fortius ignitur quam stipula. eodem modo qui
boni efficiuntur mali sunt peiores ceteris
quia dyabolus imprimit fortius in eis suam
maliciam postquam militant quam ibi invenit resi-
stenciam. Mali autem quando convertuntur fer-
vencius sunt tepidis quia deus in eos fer-
vencius imprimit suam graciam. Unde dicitur Eccli.
Melior est iniquitas viri quam mulier bene
faciens quia qui convertitur vir in quo fervencius
operatur quam mollis et tepidus.
Sexto videndum est que sunt iste hore 7

et dicendum quod si vinea allegorice accipiatur
pro ecclesia tunc secundum Gregorium mane fuit ab
Adam usque ad Noe. Tercia a Noe usque ad Abra-
ham. Sexta ab Abraham usque ad Moysen.
Nona a Moysen usque ad adventum domini. xi
ab adventu domini usque ad finem mundi. Si ve-
ro vinea accipiatur moraliter pro anima tunc
secundum eundem Gregorium mane intelligentia pu-
ericie que parum claret sicut lux matu-
tina. Tercia est intelligentia adolescencie
que proficit in calore etatis et splendore
cognicionis. Sexta intelligentia iuventutis
que plene calet et lucet sicut sol in me-
ridie. Nona intelligentia senum que incipit
decrescere in calore et cognicione. xi. in-
telligentia decrepitorum que ultima etatis
est. Quia igitur ad bonam vitam alius
in pueritia alius in adolescentia alius
in iuventute alius in decrepita etate perducitur
ideo diversis horis operarii in vinea vocantur.
7 Tercio videndum est quid sit iste dena-
rius et dicendum quod secundum Remigium iste dena-
rius unus qui omnibus datur significat vitam
eternam que ab omnibus percipietur in qua
non habebit unus alio minus vel plus vivere
et tamen ibi erunt multe diversitates. Vocatur
dicitur autem denarius quadruplici racione. Primo
racione valoris. Denarius enim dicitur a decem eo
eo quod olim decem nummos valebat et
ideo illa vita vita denarius dicitur quia pro
observacione decalogi datur. Mt. xix. Si vis
ad vitam ingredi serva mandata. 2o
racione ymaginis. ymago enim dei in beatis in-
primetur per assimilacionem ad deum et transfor-
macionem in ipsum. ii Cor. iii. Nos autem omnes
revelata facie gloriam domini speculantes in
eandem ymaginem transformamur a claritate
in claritatem. Tercio racione scripture quia ibi
erit plena scientia et cognicio veritatis. i Cor.
xiii. Nunc cognosco ex parte tunc autem cog-
noscam sicut et cognitus sum. Quarto
racione figure sperice quia ibi erit plena pos-
sessio eternitatis. Ysa. ix. Ego vita eterna
5 do vobis. Sexto videndum est quid sit iste

privator et dicendum quod est Christus inquan-
tum homo. Nam inquantum deus est pater-
familias istius vinee cum patre. Est igitur
privator quia sicut dicit Jo. xiii. Pre-
cium dedit mihi pater in manus filii
celestia terrestria et infernalia. Nam celestibus
privat istam remuneracionem. Mt. xxv.
Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum.
2o terrestribus privat patriam propiciacionis.
i Jo. i. Advocatum habemus apud patrem
Jesum Christum iustum et ipse est propiciacio peccatis
nostris. Infernalibus privat eternam puni-
cionem. Ps. Reges eos in virga ferrea etc.
Septimo videndum est que sit ista murmuracio 7o
et dicendum quod murmuracio electorum potest
causari primo ex motu impaciencie de qua dicitur
Co. x. murmuraveritis sicut quidam murmuraverunt
et perierunt ab exterminatore. Ista talis
murmuracio non est neque erit inter sanctos.
Gregorius. Regnum celorum nemo murmurans
accipit nullus qui accipit murmurare
potest. Secundo causari potest ex magna desiderii
intencione. Magna enim desiderii intencio
est quedam cordis murmuracio et talis
murmuracio erit in antiquis patribus qui
nimis suam liberacionem intente affecta-
bant. Unde et dicebat unus eorum Ys.
lxiiii. Utinam disrumperes celos et descen-
deres. Istam etiam murmuracionem habent
anime sanctorum qui dicunt Apoc. vi.
Usquequo domine sanctus et verus non iudicas
sanguinem nostrum et non vindicas de hiis
qui habitant in terra etc. Tercio causari potest
ex longa expectacione et cordis sus-
pensione et ista erit fuit in antiquis
patribus. Gregorius. Accipientes murmura-
bant quia antiqui patres in infernum descen-
dentes a gloria dilati sunt et ergo post
murmuracionem denarium acceperunt qui post
longa inferni que ad regnum regni per-
venerunt. Quarto causari potest ex
ammiracione divine clemencie et ista murmu-
racio est aliquando inter sanctos videlicet qui
videntes quod deus tam copiose remunerat

et cuius eminat tunc nescientes qui sibi loco
ipse servientes quodammodo murmurant dei super
hac libertatem et amicum admirantes. Unde
et petrus murmurare potuisset quia latro
cuius ipso ad regnum celorum pervenit et de tali
murmuracione intelligi potest quod dicitur hic
Murmurabant per exadmiracionem divine
pietatis et sicut sancti viri qui
videntes malos in hac vita florere quodammodo
murmurant dei super hac patientiam admirantes
Ier. xii Iustus quidem tu es domine si disputem
tecum verumptamen vera loquar ad te
disputem tecum quare via impiorum prosperatur
bene est omnibus qui prevaricantur
et inique agunt. Abacuk i° Quare respicis
contemptores et taces conculcante
impio iustiorem se. Vel potest accipi ista
murmuracio pro quadam suspicione quod deo dato
qui sic murmuraret taliter videtur eis dicere.

Ite et vos in vineam meam. Sermo secundus.
Ite et vos in vineam meam et quod iustum fuerit dabo vobis.
Ista verba dixit dominus vinee illis
qui stabant ociosi in foro. Magnum quidem
periculum est ocia sectari quia dyabolus
quos ociosos invenit mox ad opus suum
assumit. Unde monet Ieronimus Semper aliquid
boni facito ut te dyabolus inveniat occupatum.
Aliquando tamen dyabolus deus prevenit
et ociosos ad laborandum mittit sicut
hic quando dixit Ite et vos in vineam
etc. Et in hoc ostenditur magna dei gratia
labor cum fuit inflictus homini propter peccatum
Gen. iii In sudore vultus tui vesceris
pane tuo et tamen nobis ipsum laborem
committit in meritum. Ps. Labores ma-
nuum tuarum quia manducabis beatus es et
bene tibi erit. Aug. de civitate dei. Ineffa-
bilis dei gratia ipsa pena vivorum trans-
fert in arma virtutis et fit iustis me-
ritum supplicium peccatoris. In hiis igitur pre-
missis tria sunt videnda primo quid per
vineam signatur. Secundo propter quid operarii in
vineam mittuntur quod notatur cum dicitur Ite
et vos in vineam etc. Tertio que merces eis
promittitur quod notatur cum dicitur Et quod

iustum fuerit dabo vobis. Circa primum notandum
quod per vineam secundum Greg. anima sive conscientia
signatur. In vinea igitur anime nostre est laborandum
ut amputentur palmites superflui car-
nalis concupiscentie. Cant. ii Tempus putacionis
advenit. Purgamus lapides superbie. Ys. v.
lapides elegit ex illa et exstirpavit
spinas avaricie. Unde dicitur de vinea
malorum Ascendent super eam vepres et
spine. Quando igitur vinea sic purgata
nascuntur bone gemme boni flores bone
uve et bonum vinum. De quibus dicitur Gen. xl
Videbam coram me vitem in qua erant
tres propagines crescere paulatim in gemmas
et post flores uvas maturescere calicemque
pharaonis in manu mea tuli ergo uvas
et expressi in calicem quem tenebam et
tradidi pharaoni poculum. Gemme bone sunt
cogitationes bone sicut enim gemme sunt
principium et origo omnium fructuum in vinea
sic bone cogitationes sunt principium et
origo bonorum operum in anima prius enim
antequam homo aliquod bonum faciat illud
in cogitatione prevenit. Ecc. ii Cogitavi
in corde meo a vino abstrahere carnem
meam ut animum meum transferrem ad sapientiam
et tamen illud principium a nobis hic non
possumus sed a deo petere debemus. ii Cor.
iii Non quod sufficientes simus aliquid cogi-
tare a nobis quasi ex nobis sed sufficientia
nostra ex deo est. Flores autem boni sunt
bone voluntates. Unde bone voluntates
sic sunt apud deum placentes quemadmodum
odoriferi flores. Sicut autem ex gemmis nas-
cuntur flores boni sic ex bonis cogita-
cionibus bone voluntates. Item flo-
res secundum Ysi. non possunt procedere nisi prius
precedant gemme. Sic nec quis potest
hic bonam voluntatem nisi prius habeat
bonam cogitationem. Dicuntur autem flores a
favonio qui est ventus qui grece zephirus
appellatur qui flores generat et conservat
et venit ab occidente et in morte et
occasu hominis reputatur. Vel flores dicuntur
secundum Ysi. quasi fluidi ex eo quod cito fluunt

et resolvuntur et maxime ab austro quia aqua
in habundantia Judicum v quod hauriens
aquis vocatur per quod datur intelligi quod bo-
ne voluntates generantur et conservantur per
montes meditationum resolvuntur autem et dissi-
piuntur anima venti habundantia. Hec autem
bone sunt fructus bonorum operum sicut enim nas-
cuntur ex floribus sic bona opera nascuntur ex
bonis voluntatibus Eccli xxiiij Flores
mei fructus honoris et honestatis. dicuntur
autem vinee Sedim ysaie quasi humide ex
eo quod intus sunt humore plene. Sic opera
servorum dei debent esse humida id est humore
devotionis et caritatis plena ps lxv In-
ebriabo animas sacerdotum pinguedine. vi-
num autem significat gaudium cordis quod anima
ex bonis operibus generatur. Dicuntur autem vinee
Sedim ysaie abena ex cos[illegible] venas re-
plet Vene autem anime sunt potentie ut
memoria enim repletur gaudio quando
recolit bona que fecit Intelligentia quando
intuetur salutis se esse cognoscit voluntas
quando in bonis operibus semper se perseverare
intendit De isto gaudio quod anima ex
bonis operibus generatur dicit glosa super illud
ps. In custodiendis illis retributio multa
Non tantum eis in futuro reddetur premium sed
et hic in eorum custodia magnum est gaudium

2) Secundo notandum scilicet quid operarii in
vineam mittuntur. Notandum est quod operarii in
vineam mitti consueverunt ad tria scilicet
ad putandum. ad fodiendum. et ad vindemi-
andum Sic et nos vineam conscientie nostre
debemus putare omnia vitia resecanda.
dicit autem Ambrosius ad Simplicianum vinea
resecta fructificat semiputata frondescit
neglecta luxuriat vinea igitur anime nostre
bene resecta et putata ab omnibus viciis et
peccatis fructificat per bona opera Jo xv Omnem
palmitem qui fert fructum purgabit eum
ut fructum plus afferat Osee x Vitis fron-
dosa israel fructus adequatus est ei illa
est optima vinea in qua fructus foliis et
folia fructibus adequantur Et illa est optima

anima in qua operibus verba et verbis opera assimilantur
Iste autem fructus attenditur et foris per bona
fama et intus per bonam conscientiam prov xxiiij
Prepara foris opus tuum et diligenter ex-
erce agrum tuum sicut enim dicit Cesa-
rius Quid prodest quod si exteriora anima
possidet serenitas et interiora tempestas
Vinea autem semiputata id est anima negligenter
purgata frondescit quia multa verba sed
opera pauca gignit Talis vinea est ma-
ledicta hoc signatum est Mt xxi ubi dominus
ficulnee habenti sola folia maledixit immo
talis vinea est eradicanda et comburen-
da Luc iii Omnis arbor que non facit fruc-
tum bonum exciditur et in ignem mittetur
Vinea vero neglecta luxuriat in palmi-
tes scilicet degeneres et silvestres et insuper
oriuntur ibi spine et vepres unde dicitur ys v
Non putabitur et non fodietur et ascendent
super eam vepres et spine vepres secundum
ysaiam qui vepres dicuntur Spine dicuntur asperita
per acuitatem quia in igitur conscientia non purgata
oriuntur ibi temptationes carnales animam
vi prementes id est violenter vi capientes ori-
untur etiam ibi temptationes spirituales a-
cute animam perforantes Talis etiam vinea
efficitur silvestris quia non profert uvas
sed labruscas ys v Expectavi ut fa-
ceret uvas et fecit labruscas dicitur autem labrus-
ca a labris [illegible] quia tales anime efficiuntur
silvestres ut nichil spirituale sapiant i Cor
ii Animalis homo non percipit ea que sunt
spiritus dei et efficiuntur demonibus per hoc ut
per vias vindemiant Job xxiv Venerunt la-
trones et fecerunt sibi viam per me Quarto
debemus istam vineam fodere. Sunt autem quasi
vinee fossores iiiior primus est pudor
qui habet terram cordis mollificare qui
cum peccator sui status considerationem con-
siderat incipit magnum rubore Eze
vi Que ergo fructum habuistis tunc in illis
in quibus nunc erubescitis Talis autem ru-
bor terram anime duram habet emollire Job
xxiij Deus mollivit cor meum et opt

continuabant me. Deinde accedit secundus fossor
scilicet dolor qui cor mollitum habet scindere
postquam cum terra dura emollita fuit scilicet
scinditur. Joel ii Scindite corda vestra et non
vestimenta vestra. Qui enim scindit corda scindit
et vestimenta id est exteriora opera sed non e
converso. Deinde accedit tertius fossor scilicet
timor qui omnes lapides id est omnia peccata que
in corde fosso et defosso invenerit eicit ext-
irpare. Eccli. i Timor domini expellit peccatum.
Deinde accedit iiii fossor scilicet amor dei
qui omnes palmites infructuosos et a radi-
cem vitis subortos id est omnes amores munda-
nos habet evellere et eradicare. Augustinus
Qui biberit de flumine paradisi cuius gutta
est maior oceano restat ut in eo sitis
3 mundi penitus extincta sit. Ecce ergo debes
vineam istam vindemiare id est opera nostra recolli-
gere et deo offerre sed hodie sunt tres mali
F vindemiatores scilicet avaritia luxuria
et superbia. Psalmus Vindemiant eam omnes qui
pretergrediuntur viam exterminavit eam aper
de silva etc. Ambulantes per viam sunt avari
qui non cessant discurrere ut divicias pos-
sint augere et est mirabile quod in vita
pedum quanto quis senior tanto debilior
in vita autem avarorum quanto quis senior tan-
to ardentior. Aper de silva est porcus sil-
vestris et signat luxuriosum qui efficitur
1o homo porcinus et immundus. Singularis ferus
est superbus qui vult singulis preesse et
nullum supra se habere et est ferus id est
crudelis quia cunctos vult opprimere et humi-
liare. Isti tres vindemiant istam vineam
Ita quod in opus vix mea potest invenire
aliquem racemum. Mich. vii Ve michi
quia factus sum sicut qui colligit in au-
3m tumpno racemos vindemie. Circa tertium
scilicet mercedem que operariis promittitur notandum
quod tres ponuntur differentie operariorum. Prima
est sunt quibus deus promisit denarium di-
urnum illis scilicet qui mane in pueritia sua
deo servierunt et semper per senectutem de-
narius id est diurnus dicitur homines qui de-
bet pro labore diurno et pro tota die hic
est pro tota etatem exhibito. Est

enim labor matutinus eorum scilicet qui in sua
pueritia vel iuventute deo servire inceperunt
sed postea deficiunt. Osee vi Misericordia vestra quasi
nubes matutina et quasi ros mane pertran-
siens. Est etiam labor vespertinus illorum scilicet
qui in senectute sua toto corde ad deum re-
deunt quorum servicium deus sibi acceptat.
Psalmus Elevacio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Est etiam labor nocturnus eorum scilicet qui ma-
le agunt. Jo. iii Omnis qui male agit o-
dit lucem etc. Talia opera nocturna sunt
abicienda. Ro. xiii Abiciamus opera tene-
brarum etc. Est labor diurnus eorum scilicet qui
tota vita sua sicut lucidam et claram
i Thess. v Omnes vos filii lucis estis et
filii dei. Secunda dicta est illorum quibus 2m
deus promisit dare quod iustum est sicut
illis qui iiia vi et ix hora venerunt eis
deus remuneret ut iusticia requirit eos
sublevando multitudinem operis. Psalmus Secundum
multitudinem dolorum meorum consolaciones
tue letificaverunt animam meam. Vide enim quod
quia deus non respicit quantum sed ex quan-
to sicut patet in vidua que plus dedit quam
ceteri maiori affectu dedit. Ubi sicut Luce
xxi Diversitatem laboris iudices conque-
bantur dicentes qui pondus portavimus diei
et estus. Sap. xi Omnia in numero et men-
sura et pondere disposuisti. Deus enim in
remuneracione attendit mensuram temporis
numerum operis et pondus amoris. Tercia dicta 3
est illorum quibus deus nichil promisit
scilicet qui in hora xi hoc est in hora decre-
pita venerunt tales enim nichil ex debi-
to petere possunt. Sed quidquid eis donatur
donat ex gratia. Sufficit enim tali-
bus senibus quod a deo regantur iuxta illud
Genes. puerum portabat puer autem senem
regebat etc. Quod a deo non derelinquantur
Psalmus Usque in senectam et senium deus ne
derelinquas me. Quod a deo non proiciantur
Psalmus Ne proicias me in tempore senectutis mee
etc. Sequitur sermo tertius de eodem evangelio

Sequitur sermo tertius de eodem

Cum sero factum esset dixit dominus
vinee procuratori suo etc. Per
istam vineam intelligere possumus
primam in qua per diversas horas
operarii ducuntur. Dum alii in pueritia alii in
iuventute alii in senectute conducuntur. Per
istam eciam primam assumendam ecclesia ho-
die in officio misse secundum partem inducit scilicet
nobis exemplis et promissis. Nam in
epistola nos nobis exhortatur ad currendum per
pure opera ad standum contra dyaboli impe-
dimenta in ewangelio autem ad laborandum
in vinea id est in conscientia. Secundo inducit nos
exemplis adducens nobis in exemplum
tres magnos peccatores qui totum officium
misse composuerunt scilicet David qui composuit
posuit introitum in quibus deffectus fuit peccatum
luxurie. Paulum qui posuit epistolam in
quibus deffectus fuit peccatum superbie et ma-
theum qui posuit ewangelium in quibus de-
fectus fuit peccatum avaricie. Tercio eciam indu-
cit nos ad primam promissis promittit enim
laborantibus denarium. Tunc ecclesia vivaciam et pur-
nam continuam. Unde eciam lxx^e reputatur
tempus preparacionis etc. et ideo ecclesia
deponit cantica leticie scilicet Alleluia Gloria
in excelsis deo et Te deum laudamus. Alleluia
quidem est canticum patrie Tho. xix. per omnes vi-
cos eius alleluia cantabitur. Gloria in excelsis
est canticum leticie universalis creature quia
omnes creature ad laudandum deum illud
traducuntur. Ideo igitur illa tria cantica sub-
tracentur ad ostendendum quod homo per peccatum privatus
est celesti patria societate angelica laude
divina. Unde eciam tempus reputatur tempus
in re pure in qua quidem debemus mutare
mane tristicia leticiam in salubrem tristiciam
Ecclesiastes iii. Tempus flendi et tempus ridendi.
Nam cum per ista habent tres leticias quo
per illa tria cantica supius patria designatur
habent enim letam cordium letam vitam et letam
operam. Sed boni penitentes debent leticiam
cordis committere in amaram contricionem leticiam
oris in peccatorum confessionem leticiam operis in

laboriosam satisfaccionem. Isti autem penitentes
post laborem primo a deo recipiunt incorde-
rabilis ecclesie. Ex qua intelligitur ubi supra
posuimus. Cum sero factum esset ubi sex
ponuntur. Primo tempus opportunitas cum dicitur
Cum sero factum esset. Per sero enim intelligi-
tur finis seculi vel mortis cuiuslibet quia sero
cum dies finitur homo in domum suam re-
greditur et ab operibus quietatur. Tunc et
tunc finiuntur dies mutabilitatis. Deut. xxxii.
Ad esse festinant tempora dicitur autem tempora sero
ysa. iiii ad tepescendo. Nominatur eciam crepuscula
quia nunquam stant quia in principio vita
homines sunt tepidi in caritate frigida
et tunc tepes ab avaricia et peccata. Matt. xxiiii.
Cum habundabit iniquitas etc. qui cum
in vitetes sunt ad vicia et peccata refrigescet
caritas multorum etc. Quia tepidi in caritate
sunt. Tunc autem tempus festinant ad esse
quia tunc sancti erunt stabiles in veritate
et firmi in amore. Tunc eciam homo
ingreditur domum sue eternitatis. Eccl. xii.
Ibit homo in domum sue eternitatis. Tunc
eciam quietatur homo a labore cuiuslibet
operis. Apoc. xiiii. Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis. Secundo par- 2°
itionis equalitas cum dicitur voca operarios.
Non ex pacto quod ipsi vinearum petant sed
tu eos voca ad quietem ad eternam ad in-
teriorem. Vide ista enim tria operarii consolabe-
untur vocari. Nam Isidorus dicit Tria erunt
misero secundum requiescit a labore et hoc est vo-
cari ad requiem. Ys. xxxii. Sedebit populus
meus in pulcritudine pacis in tabernaculis
fiducie et in requie opulenta id est in
dictabili refectione et hoc est vocari ad
eternam que est tam nova et tam iocun-
da. Apoc. xix. Beati qui ad cenam nup-
ciarum agni vocati sunt. Securitas de
eternitate et hoc est vocari ad mercedem id est
denarium in quo rotunditas eternitas
designatur. Tercio ponitur remuneracionis 3
dignitas cum dicitur operarios. Ideo digni sunt
eterna remuneracione quia non sunt ociosi
sed in vineam in laborare. Ociosis enim
non competit hec remuneracionem sicut

nisi in inferno. Non enim competit eis ex mundo
qui est locus laboris. Iob v. Homo ad labo-
rem nascitur et avis ad volandum. Nec esse
in celo quia dantur laboratoribus sicut patet. Sicut vel
pueri vel bos laudant cum impositis opera eius.
Nec esse in terrestri paradyso quia homo ibi
positus fuit ad operandum. Gen. ii. Tulit ergo
dominus hominem et posuit eum in paradisum
voluptatis ut operaretur et custodiret illud.
Nec esse in purgatorio quia ibi non pur-
gantur nisi laboratores. Ps. In labore hominum
non sunt et cum homines non plantent relinquuntur.
Igitur quod erunt in inferno. quia ibi non est locus
ad operandum sed ad recipiendum. Eccl. ix. Quod-
cumque potest facere manus tua instanter
operare quia nec opus nec ratio apud in-
feros quo tu properas. Quarto ponitur de-
biti preciositas cum dicitur Apoc. Edificabis muros
eius. i. deauratum. i. aurum vitreum quod per deaura-
tum refertur. pura quia ibi erit aperta dei cla-
ritas. ideo dicitur divinum adeo quod est clarum.
ii. Cor. iii. Nos vero omnes revelata facie
gloriam domini speculantes in eandem ymaginem
transformamur a claritate in claritatem.
Nam de clara visione humanitatis ibi a
bimus ad claram contemplationem deitatis.
Tertio refertur per deauratum quia ibi erit
dulcis suavitas. Super enim vita nichil
dulcius amatur a vivis nisi unum et i-
nita beata nichil dulcius amabitur quam
deus. Augustinus in libro de disciplina christiana.
Video sic nos amare pecuniam ut in
bene amore pecunie labores suscipiatis
pericula tolleretis mare transeatis ventis
et fluctibus vos committatis. Si amare
volumus plus volo amari. Aut deus ipse
loquor amans loquor. De Eccl. v. Ava-
rus non implebitur pecunia. Tertio refertur
per deauratum quia ibi erit plena copiosi-
tas. Nam secundum opinionem vulgi habita
pecunia habentur universa. quia in pecu-
nia habetur omnia. Sic et in deo contine-
tur omnia et in ipso habentur omnia.
Exod. xxxiii. Ego ostendam tibi omne bonum.
Anselmus. Ama unum bonum in quo est omne
bonum et sufficit tibi. Precante decimus di-
versitate bonorum. quia omnes habebunt unum de-
narium ad habendum. Sed tamen ibi sunt et erunt
diverse mansiones. Io. xiiii. In domo patris mei
mansiones multe sunt. Omnes habebunt eandem
claritatem ad contemplandum sed tamen differt
stella a stella in claritate. Sic et resurrectio
mortuorum ut dicitur i. Cor. xv. Omnes habe-
bunt eandem suavitatem et dulcedinem ad fruen-
dum. Sed tamen est alia dulcedo vocis alia lac-
tis alia mellis. Istam triplicem dicitur dulce-
dinis cantat. Ecclesia cum dicit. In illa die stil-
labunt montes dulcedinem. i. dulcem vocem
et colles fluent lac et mel. et est supre-
mum istis ultimo. Sicut cum mellis tribus est
gradus in dulcedine. Sic et unus gradus est
in divina suavitate. Quinto ponitur conveniens
magna confusionis conditas cum dicitur. Erunt 7
novissimi primi etc. Sepe enim illi qui ad pe-
nitentiam tarde veniunt prius remunerantur
quam illi qui tempestive veniunt quando
tenus de corpore exeunt. tenus enim est re-
muneratus latro quam petrus vel illi qui
sunt novissimi in oculis suis sunt primi
in oculis dei. i. Reg. xvi. Non enim in vultibus eos
in oculis tuis capiunt in tribubus Israel feras
eos vel qui sunt novissimi iudicio homi-
num sepe sunt primi iudicio dei. quia deus non
considerat exteriora corporis sed interiora cor-
dis. i. Reg. xvi. Homo enim videt ea que pa-
tent. deus autem intuetur cor. Vel sic dici-
tur quod erunt novissimi primi et primi novissimi
quia sepe illi qui ad primam tarde veniunt
precedunt alios in fervore. Ut Bernardus quod in
itinere fieri consuevit ut qui tardius exie-
runt velocitate corporis precurrunt. Beda.
Erunt primi novissimi etc. multi fervore fervent
postea tepent. multi prius frigidi postea in
ardescunt. multi in seculo despecti in futuro
sunt glorificandi. multi alii apud homines gloriosi
in futuro sunt dampnandi. Sexto ponitur pro- 6
missionum magni timoris incussio cum dicitur. Multi

continetur

enim sunt vocati pauci vero electi. Ad quidem et
sumus vocati primo ut in celestes reges
et episcopos eligamur. i. Pet. ii. Vos estis ge-
nus electum regale sacerdotium. Videmus enim
quod ad electionem regum et episcoporum multi vocantur
sed tamen unus solus eligitur. Sic etiam
multi vocantur ad fidem sed pauci eliguntur
ad regalem et celestem dignitatem. Secundo
sumus vocati ut in stadio certe militate
per viam mandatorum dei curramus. Videmus
enim quod multi vocantur ad stadium sed tamen
unus accipit bravium ut dicitur i. Cor. ix.
Sic etiam multi sunt vocati ut per fidem dei
viam fidei et mandatorum dei incedant currant
sed tamen pauci perveniunt. Unus enim perseve-
rans sedem glorie accipit bravium sive pal-
mam celestis victorie et dignitatis eterne.
Tertio sumus vocati ut in area militantis ec-
clesie granum et triticum. Luc. iii. Cuius ventila-
brum in manu eius et permundabit aream
suam etc. Videmus autem quod multum de palea re-
linquitur et pauci de tritico in horrea recon-
ditur. Sic etiam multi sunt qui bonis operibus
vacui existentes relinquuntur et comburentur
pauci vero in dei horrea conduntur. Luc. iii.
Congregabit triticum in horreum suum paleas
autem comburet igni inextinguibili. Quarto
sumus vocati ut in domo celesti tamquam
vivi lapides edificemur. i. Pet. ii. Ipsi
tamquam lapides vivi superedificamini in domos
spirituales. Domus autem celestis non edificatur
nisi etiam lapidibus preciosis. Tho. xiii. Ex
lapide precioso omnes muri eius murorum eius
Videmus autem quod multi sunt lapides quos
sed pauci sunt lapides preciosi. Sic ad edi-
ficandum domum celestem multi sunt vocati
sed tamen lapides quos qui habent tamen fidem
sed non opera relinquuntur et de eis domus inflam-
bilis edificatur. Pauci autem sunt lapides preciosi
qui fidem habent et opera qui in celeste edi-
ficium assumuntur. Quinto sumus vocati ut
celestem patriam intraremus. Videmus autem
quod multi filiorum Israel ad terram promissionis
sunt vocati sed pauci admittendi sunt ad-
missi et ideo etc. quia via que ducit ad perditionem

est modo lata que autem ducit ad vitam magis
est arta et angusta. Matt. vii. Lata est por-
ta et spaciosa via que ducit ad perditionem
et multi sunt qui intrant per eam. Quam an-
gusta porta et arta via que ducit ad vi-
tam et pauci sunt qui inveniunt eam etc. Do. i. lx.

Dominica in sexagesima sermo primus

Exiit qui seminat seminare semen
suum. Luc. viii. Consuetudo domini
fuit sepe in parabolis loqui
ad turbas ut morem pala-
stine ubi predicabat gereret ut divina mys-
teria indignis non panderet ut bonis
et humilibus exercitandi se occasionem
preberet et ut quod docebat memorie melius
imprimeret. Est autem parabola sicut dicit
Ysidorus rerum genere dissimilium sub aliqua similitudine
facta comparatio et dicitur Ysidorus parabola grece si-
militudo in latine dicitur ut quod intelligi vo-
lumus per aliquam comparationem indicamus ut
cui sub aliquo dominum velare ... comparamus
et avibus. Ista autem parabola mentio-
nem facit de tribus scilicet de seminatore et de semine
et de terre varietate. Primo autem primo sermone
agitur de seminatore, secundo de semine, tertio
de terre varietate. Seminator autem ipse est
Christus, predicator autem potius est cooperator
seminatoris quam seminator. Augustinus dicit in
libro de disciplina christiana. Ego quando
ille seminat quid sum nisi cophinus semina-
tis. Ille mihi mittere dignatus est
quod vobis spargo. Nolite attendere ad vili-
tatem cophini sed ad karitatem seminis
et potestatem seminatoris. Ad bonum autem
seminatorem quatuor requiruntur que fuit
in Christo et inveniuntur in evangelio de ...
Primum est magna diligentia quod notatur
cum dicitur Exiit qui seminat. Bonus enim
seminator non debet ocio torpere sed
ad agros suos frequenter seminandos ex-
ire. Sic igitur Christus tamquam bonus seminator
exivit primo de sinu patris et venit in magnum
uteri virginalis et ibi terram seminavit scilicet
semen ... antiquum et novum ... huma-
nitatem suam que est etiam carne sua quod

est antiqua id est abundans traductio et manna sua
que de novo fuit creata. Deinde temporibus tan
quam extollens farinis filiis ecclesie antiqua ma-
na factus est ille panis celestis. Iohannis vi
Io. vi. Ego sum panis vivus qui de celo descendi
quod signatum est Gen. xviii. Accelera tria sa
ta simile commisce et fac subcinericios pa-
nes. Tunc enim sata id est ipsa tria
sata farine commiscuit quando Christum exi-
tum in hiis tribus subditis desiluit temporibus
quantum. Secundo exivit de celo virginis et
venit in mundum portans semen trium semina
scilicet semen doctrine gratie et vite. Mundus
quidem erat multis erroribus inundatus
ex ministris et dyaboli sunt ideo Christus
de paradyso attulit semen doctrine ut
omnes errores dyaboli dissolveret. i Io. iii.
In hoc apparuit Christus filius dei ut dissolvat
opera dyaboli. Propter hoc enim officium venit
in mundum ut semen doctrine spargeret in
mundum. Luc. iiii. Aliis civitatibus oportet me evan-
gelizare regnum dei quia ideo missus sum.
Secundo attulit semen gratie ut mundum deo ini-
micum iustificaret et reconciliaret. Ephe.
ii. Gratia enim salvati estis per fidem. Tite
iii. Iustificati gratia ipsius heredes sumus
secundum spem vite eterne et cetera. Tertio attulit semen vite
ut mundum a servitute dyaboli redimeret. Ps.
Apud dominum misericordia et copiosa et cetera. Titi iii.
Secundum suam misericordiam salvos nos fecit. De
hiis tribus seminibus dicitur i Cor. i. Qui
factus est nobis a deo sapientia et iustitia et
sanctificatio et redemptio. Sapientia in qua
tum mundum erudivit vel illuminavit. Iustitia
iniquum mundum iustificat et reconciliavit.
Redemptio iniquum mundum redemit. In
huius signum de Christi corpore dum esset in cruce
tres fontes emanaverunt scilicet aqua sanguis
et lacrime. Per aquam intelligitur eius sa
pientia sive doctrina qua mundum ab erroribus
abluit. Eze. xxxvi. Effundam super
vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inqui-
natis. Effluxit sanguis quo nos re-
demit. Apoc. v. Redemisti nos deus
in sanguine tuo. Effluxerunt lacrime quibus
nos patri reconciliavit. Hebre. v. Cum

clamore valido et lacrimis offerens exau-
ditus est pro sua reverentia. Tertio post
suam resurrectionem exivit de mundo et
venit in celum et licet magnus celestis pla-
tasset tamen lilia angelorum post ascensio-
nem plantavit tamen ibi rosas martirum.
Eccl. xxiiii. Quasi plantatio rose in Iericho.
Violas confessorum et lilia virginum. Cant. ii.
Ego flos campi quantum ad primos et
lilium convallium quantum ad secundos. Vel ut
dicitur quod deus habet quatuor agros scilicet celum
terrestre paradysum mundum et virginis uterum.
In celo seminavit naturam angelicam. Sed quidam
eorum facti sunt sicut terra sterilis quia
de superbe cogitationes per eos transitum fece-
runt et sic malus voluntas id est superbia illud
semen devoravit. In terrestri paradyso seminavit
primos parentes. Sed quia non diu heredes al-
titudine vel id est plenitudine gratie consummato
ideo orta sole temptationis dyabolice a-
ruerunt. In agro mundi seminavit genus hu-
manum. Sed fere omnes a spinis divitiarum
id est sollicitudinum suffocantur. In agro uteri
virginalis seminavit seipsum in qua fuit clau-
sa omnis custodie altitudo terre id est consummatio
gratie in qua non fuerunt spine sollicitudinis
mundane et ideo eius terra fecit fructum
centesimum. In qua enim fuit multitudo
continua sexagesimum in qua enim fuit vidua
casta postmodum et centesimum in quantum
fuit virgo perpetua. Secundo requiritur in eo
seminatore magna peritia quod notatur cum
dicitur. Seminare semen suum. Peritia autem se-
minandi non acquiritur ex uno actu sed ex
frequenti usu seminandi. Opus enim agri-
cole mundi seminare incepit. Nam primo se-
minavit patriarchas postea prophetas deinde
apostolos deinde martires deinde confessores
postremo virgines. Et insuper in ipsis sua semina
seminavit. Nam in patriarchis seminavit fi-
dem magnam et nunc in prophetis magnam
sapientiam. In apostolis magnam gratie plenitu-
dinem. In martiribus magnam constantiam.
In confessoribus magnam patientiam. In virgini-
bus magnam mundiciam. Materia sequitur. Ubi

xxviii. Quicquid tota die arabit arans ut se-
rat & scindet ut seminat humum suam, nonne cum
adequaverit faciem eius et seret gith et cymi-
num sparget et ponet triticum per ordinem et
ordeum et milium et viciam in finibus suis. Gith
secundum glossam est genus leguminis simile cymino
in quantitate sed nigri coloris et in pane dul-
corando spargitur. Cyminum est semen aromati-
cum et medicinale. Triticum dicitur secundum Ysidorum
a tritu eorum (?) terimus et punitur in hor-
reo collocatur. Vicia secundum eundem dicitur a vin-
cta (?) eo quod victores inde coronabantur.
Milium secundum eundem dicitur a multitudine vel
secundum quosdam a mille eo quod unum granum semina-
tum in mille consurgit. Ordeum dicitur quasi
aridum. Christus igitur seminavit gith quando
patriarchas dedit qui in medium infidelium
fidem dilataverunt. Tunc seminavit cy-
minum quando prophetas produxit qui medici-
nalia verba habentes multos sanaverunt. Tunc
seminavit triticum quando apostolos dedit qui
tribulationibus triti reponi in horreo ce-
lesti purissimi meruerunt. Tunc seminavit
viciam quando martires produxit qui vic-
tores existentes coronam vite sibi acquisive-
runt. Tunc seminavit milium quando mul-
titudinem confessorum adduxit que est tan-
ta ut numerari non possit. Apocalypsis vii. Vidi
turbam magnam quam dinumerare nemo pote-
rat etc. Tunc seminavit ordeum quando
virgines produxit qui ab omni humore con-
cupiscentie sua corpora desiccaverunt et arida
fecerunt. Cottidie etiam iste seminator cor-
dium seminare non cessat et sancta desi-
deria seminat. Unde promisit Ysa. xxviii.
Quicquid cottidie arabit arans etc. Tertio
requiritur in bono seminatore magna pro-
videntia ut sciat ut terram diligenter colat
quod notatur cum dicitur quod cecidit in terram bo-
nam et ortum fecit fructum centuplum.
Tres enim agros deus nobis dedit scilicet
corpus et animam et pauperes ut scilicet cor-
pus seminemus puritate et munditia ani-
mam sanctitate et devotione interna pau-
peres pietate et misericordia et si isti agri
taliter fuerint seminati centesimum fructum

reddant. Centesimus fructus debetur
virginibus que corpus suum diligenter
excoluerunt. Sicut enim numerus centenarius
de leva ad dexteram transit et circulum facit
Sic virginitas hominem de conditione hu-
mana transire facit ad dignitatem an-
gelicam et celestem accipient coronam.
Debetur etiam contemplativis. Unde dicitur
Gen. xxvi. Seminavit autem Ysaac in
terra illa et invenit in ipso anno centuplum.
Ysaac qui interpretatur risus signat virum con-
templativum qui facit risum dei gaudium
angelis et ipse etiam gaudet in corde suo.
Debetur etiam pauperibus Christi qui omnia
propter deum reliquerunt et pauperibus dederunt.
Mt. xix. Omnis qui reliquerit domum vel
fratres aut sorores aut patrem aut matrem
aut uxorem aut filios aut agros propter
nomen meum centuplum accipiet et vitam
eternam possidebit. Sed sicut dicit Crisostomus
non videtur providentia fuisse semen
viam vel supra petram vel inter spinas
seminasse. et ad hoc triplex ratio assig-
natur. Prima est quia sicut ille qui serat
sine diiudicatione mittit semina. Sic pre-
dicator non debet diiudicare divitem
vel pauperem studiosum vel desidem. Ro.
i. Grecis ac barbaris sapientibus et
insipientibus debitor sum. Secunda ratio
est quia quantum ad seminationem materialem
secundum eundem Crisostomum nec esset providen-
tia in tali terra seminare quia non est pos-
sibile viam non esse viam petram fieri
terram vel spinas non esse spinas. Quan-
tum autem ad seminationem spiritualem pro-
videntia est quia illa que erat via potest
non conculcari et ille qui erat petra
potest pinguis terra fieri et in illo in quo
erant spine possunt ipse spine eradicari.
Tertia ratio est ob predicatorum consola-
tionem ut non contristentur postquam semen suum
in multis perire consideraverunt quia et in Christo
simile accidisse videtur. Mt. x. Non est dis-
cipulus super magistrum suum nec servus super
dominum suum sufficit discipulo ut sit sicut
magister suus et servus sicut dominus eius etc.

Quarto requiritur in bono seminatore mag
na patientia quod notatur cum dicitur Et fructum
afferunt in patientia Luce 8. Ecce agricola
expectat preciosum fructum terre patienter fe
rens donec accipiat temporaneum et serotinum
Sepe deus aliquem immittit aliquod bonum
propositum vel per suum predicatorem vel per
aliquod bonum verbum et tamen patienter
expectat donec fructum accipiat aut temporaneum
in iuventute aut serotinum in senectute
Hoc figuratum est Luce xiij in ficulnea que
per tres annos fructum non ferebat et cum pre
cidenda esset rogavit agricola ut annus
quartus expectaretur. Primus annus est
pueritia. secundus iuventus. tercius matura e
tas. quartus annus est senectus usque ad se
nectam Ys. xlvj Usque ad senectam ego
ipse et usque ad canos ego portabo salva
bo. Deus enim portat peccatores usque ad ca
nos id est usque ad maturitatem et usque ad
senectam. id est usque ad senectutem Sermo 29
Semen est verbum dei Luce 8. Postquam
dictum est de seminatore dicendum
hic est de semine. Est autem
semen verbum dei quod christus de celo attu
lit et nobis seminavit nisi enim hoc semen
christus attulisset totus mundus in suis
sceleribus permansisset Ys. 1. Nisi dominus
exercituum reliquisset nobis semen quasi
sodoma fuissemus et quasi gomorra
similes essemus. Est autem duplex se
men modo notatum. Unum est quod seminat
christus scilicet verbum suum. Aliud quod
seminare debet homo scilicet largitio e
lemosinarum. De primo videndum est
quare verbum dei semen dicitur et post
quare elemosina semen vocatur. Dicitur
autem verbum dei semen quia in semine est
calor naturalis quo planta fovetur. est
humor nutrimentalis quo planta nutritur
et vis seminalis qua bonum semen exalto
gitatur. Dicitur autem verbum dei semen ex
hoc quod habet virtutem calefactivam. circa
ergo adverbum dei peccatores non protinus
resolvuntur vel inflamantur nutritiva et gene
rativa habet quidem virtutem calefactivam et
inflamativam Prov. xxx Omnis sermo dei
ignitus Ps. Ignitum eloquium tuum vehemen
ter. Sed si sermo dei est ignitus quomodo
serui dei facti sunt frigidi Ier. vj Sicut fri
gidam facit cisternam aquam suam sic frig
idam facit animam malitia sua. Quare autem
adverbum dei peccatores non protinus resol
vuntur vel inflamantur. Ad hoc dicendum quod
hoc accidit tribus de causis Primo quia ad
istum ignem non appropinquant sed aut corpore
aut corde se elongant qui autem appropinquant
corde attente audiendo et corde devote
includendo isti illuminantur et inflamantur
Ps. Accedite ad eum et illuminamini etc.
Deut. xxxiij Qui appropinquant pedibus
eius accipient de doctrina illius legem quam
precepit nobis moyses. Ideo duo discipuli
qui appropinquaverant illuminati inflamati
erant dicentes Luce ultimo Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis etc. Secunda causa
est quia inter se et istum ignem ponunt
magnum obstaculum et murum ferreum scilicet
mortale peccatum Trenorum iij Opposuisti nubem
tibi ne transeat oratio Eze. iiij Sume tibi sar
taginem ferream et pones eam murum ferre
um inter te et inter civitatem. Peccatum enim
mortale facit animam tam grossam obstina
tam et inflamatam. et ideo dicitur nubes quia
facit animam tenebrosam. et dicitur murus
ferreus quia facit animam obstinatam
et dicitur sartago quia facit animam igne
male concupiscentie inflamatam. Tercia causa
est quia per longam consuetudinem peccan
di sunt congelati et ideo liquefieri possunt
per motum cordis calefieri aut non possunt
per ignem gratie spiritualis Eccli. xliij Frigidus
ventus aquilo flavit et congelavit cri
stallus ab aqua. Aquilo dicitur quasi aquas
ligans et est ventus gelidus et siccus
Cristallus autem grece glacies latine dicitur
Per ventum ergo aquilonarem intelligitur
dyabolus a quo omne malum procedit
Ier. 1. Ab aquilone panditur omne malum
et qui dicit Ys. xiiij Sedebo in lateribus
aquilonis. Sicut aquilo ligat aquas
grossas ne fluant manina. facit etiam
ipsam animam ab omni humore devotionis siccam

et in istis dei amorem extinguebens sunt eam
totam gelidam. Et dicit ysa(ias) ... maiori
gelu constringitur in inferno quam in nubibus
quia bonus quando incipit congelari for-
tius congelatur quam malus. Secundo verbum
dei dicitur semen quia habet virtutem nutritivam
Mt. iiii. Non in solo pane vivit homo sed
in omni verbo quod procedit ab ore dei. Est
autem triplex periculum circa istum cibum. Primum quod
quis cibum non sumit id est verba dei fastidit. ps.
Omnem escam abhominata est anima eorum
et appropinquaverunt usque ad portas mortis. Sic ta-
les portis mortis sunt vicini caveant ne
efficiantur mortui. Secundum est quando quis ci-
bum retinere non potest. Gregorius. Et hic mortis
periculum formidare debetur si cibum sacre
exhortationis accipitis et ... in ventre me-
morie non retinetis. Tercium est quando iste
cibus non digeritur. Hunc enim cibum dei non
digerunt sed in stomacho memorie cru-
dum servant qui saltem opera non implentur.
Ia. i. Estote factores verbi et non auditores
tantum etc. Tercio verbum dei dicitur semen quia
habet virtutem generativam. Ia. i. Ut simus initium
aliquod creature eius voluntarie enim
genuit nos verbo veritatis. Est autem
quadruplex generacio que non potest
fieri nisi per verbum. Prima est naturalis que
habet fieri per carnis propagacionem nullus
enim filius potest legitime generari nisi
per verbum id est nisi fuerint generantes per matrimonium
et consensus verbi ut cum dicit vir accipio
te in meam et mulier accipio te in meum.
Secunda est legalis que est per adopcionem
et ista similiter habet fieri per verbum id est per princi-
pis imperium vel per rescriptum. Tercia
generacio qua nos dei filios adoptamur habet
fieri per verbum ut cum dicitur Ego baptizo te in
nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Augustinus
Accedit verbum ad elementum et fit sacramen-
tum. Io. iii. Nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto non potest intrare in
regnum dei. Et ponit hic prius illud quod
habet se per modum materie scilicet aquam
consecratam et illud quod habet se per modum
patris scilicet spiritum sanctum per modum formae
sed habet ipsum verbum. Quarta est sacra-
mentalis qua panis transsubstantiatur in
corpus Christi et ista similiter habet fieri per
verbum cum dicitur Hoc est corpus meum. Eu-
sebius. Invisibilis sacerdos visibiles crea-
turas verbo dei secreta potestate commutat.
Quinta est supersubstantialis qua filius dei generatur
a patre et ista similiter habuit fieri per verbum
patris. ps. Eructavit cor meum verbum bonum.
Hunc enim bonum verbum pater eructavit
quando filium de sua substantia generavit. Circa istud
autem semen scilicet verbum dei triplex pe-
riculum est cavendum. Primum ne quis serat
semen bonum et recolligat malum fructum.
Tales sunt predicatores questuosi qui
seminant verba veritatis et colligunt spinas
cupiditatis. Ie. xii. Seminaverunt triticum
et messuerunt spinas. Secundum est ne alius
seminet et alius metet. Tales sunt pre-
dicatores vane gloriosi qui verba dei seminant
ex quibus alii sentiunt utilitatem et
ipsi incurrunt sterilitatem sicut cymba-
lum quod aliis prodest et sibi nocet. Ec-
cles. xi. Tu seminas et non metes etc.
Tercium est quando quis seminat multum et
colligit parum. Tales sunt predicatores
viciosi qui seminant aliis multa verba et ipsi
recolligunt prava opera et ideo recolliget
parva premia. Aggei. i. Seminastis mul-
tum et intulistis parum. Ysidorus. Quinque modii
sementis faciunt modios tres. Tales enim
seminant in auditoribus xxx modios mo-
nentes ut servent fidem trinitatis cum deca-
logo decem preceptorum et ipsi vix fidem
trinitatis sine decalogo observant. Secundo
videndum est qualiter elemosina semen
dicitur. Assimilatur autem largitio elemosinarum
seminationi racione seminantis et seminis
et tempore seminandi. Racione quidem seminantis
quia debet seminare sapienter fideliter
et perseveranter. Insipiens seminator esset
qui post tempus iactaret semen. Sapiens

I Cor. iiii. In Christo Jesu per evangelium ego vos genui. Quarta
est spiritualis que fit per baptismum regeneracionem et ista
sibi habet fieri per verbum ut cum dicitur

ante seminat qui ante faciem seminis iactat
Est enim elemosina instar candele lucentis pre-
euntis et ideo animam in tenebras ire non
permittit. Thobie iiij ubi loquitur de elemosina
que non permittit animam ire in tenebras. Est
instar pupille anime diligentis. Ecclesiastici xvij
Gratiam hominis quasi pupillam conservabit.
Est instar seminis centesimum fructum red-
dentis sicut dicitur hic. Cum igitur tantum
post mortem elemosinas volunt facere cuius
anima cum de corpore egreditur lutum habet post
tergum suum et ideo viam qua iter arreptum
non potest clare videre oculos habet post
caput suum et ideo sepe contingit in foveam
purgatorii ipsum incidere. Remanet post
dorsum suum et ideo non potest tam gloriosum
fructum colligere. Secundo debet seminare fide-
2o liter. Ille fideliter seminat qui et sibi quod
suum est accipit et domino suum tributum reddit.
Genesis xlvij quod Joseph dixit egipciis. Acci-
pite semina et serite agros ut fruges
habere possitis quintam partem regi dabitis re-
liquas quatuor permitto vobis in sementem et
in cibum. Servis cum bonis operibus volunt deus
ut partes quatuor habeamus. Prima est iocundi-
tas conscientie vel iustitie. Psalmus Iustitie domi-
ni recte letificantes corda. Secunda est remissio culpe.
1° Tertia est vitatio mortis eterne. Quarta
est acquisitio glorie. De hiis tribus dicitur
Thobie xii Elemosina a morte liberat
et ipsa est que purgat peccata et facit
invenire vitam eternam. Quinta autem pars
est gloria. Illam enim non nobis sed deo
dare debemus. Psalmus Non nobis domine non
nobis sed nomini tuo da gloriam. Richardus
Cum semen iactum in terram bonum fructum attu-
lisse videtur illius est gloria qui dat semi-
nanti fecunditatem terre et incrementum seminis.
3 Tertio debet seminare perseveranter. Ecclesiastes xi
Mane semina semen tuum et vespere ne
cesset manus tua quia nescis quid
magis oriatur hoc est in iuventute et se-
nectute in prosperitate et adversitate.

Quarto assimilatur elemosina seminationi
ratione ipsius seminis. Debet enim instar
seminis esse occulta pura et integra.
Occulta quidem ab omni laude humana.
Ecclesiastici xxix Conclude elemosinam in sinu
pauperis et hec pro te orabit. Et Matthei vi
Te autem faciente elemosinam nesciat si-
nistra tua quid faciat dextera tua. Et
pura sine admixtione zizanie id est rei
aliene. Ecclesiastici xxxiiij Qui offert sacrificium
ex substantia pauperum quasi qui victimat filium
in conspectu patris sui. Integra cum om-
ni compassione. Psalmus Euntes ibant et fle-
bant mittentes semina sua. Job xxx Fle-
bam quondam super eo qui afflictus erat
et compatiebatur pauperi anima mea. Quinto
elemosina comparatur seminationi ratione
terre seminande quia non debet immitti terre
pervie et conculcate id est malis et sceleratis
qui sunt demonibus pervii et malis tempta-
tionibus conculcati. Nec terre petrose id est super-
bis et in malo induratis. Nec terre spino-
se id est invidis divitiis locupletibus sed
debet inmitti terre bone id est bonis innocenti-
bus et egenis. Ysaie xxxii Beati qui se-
minatis super omnes aquas transmittentes
inmittentes pedem bovis et asini. Pau-
peres enim dicuntur aque transeuntes de i[n]
quantum discurrunt propter necessitatem vite
et dicuntur boves de iniquitatis portant
iugum pacienter et dicuntur asini et iumenta
quia in iniquitati habent mansuetudinem et sim-
plicitatem innocentie. Qui igitur super tales
seminat sunt beati etc. Sermo tertius

Quod autem cecidit in terram bonam
hii sunt qui in corde bono et op-
timo audientes verbum dei retinent
etc. Postquam visum est de seminatione et
semine videndum est de terre qualitate et
varietate. Ista autem terra est duplex. Una
est bona, alia est mala. Terra mala est
triplex. Una secus viam, alia petrosa,
alia spinosa. Terra secus viam si non
clauditur efficitur via. Terra petrosa si non

complentur efficitur arida et in modum petre
dura. Terra spinosa si non colitur efficitur spi-
nis plena. Est igitur prima terra que efficitur
via et significat luxuriosos qui nulla clausu-
ram habent nec oculis suis quia libenter
vident sordida et illicita nec auribus
suis quia libenter audiunt carnalia. Nec in
ore quia libenter loquuntur verba scurrilia. Nec
in corde suo quia libenter cogitant inmunda.
Et ideo quia nullam habent clausuram ideo
demones corda eorum frequenter perambulant.
Job xix. Venerunt latrones et fecerunt
sibi viam per me. Libenter eciam conculcant. Ecclesiastici
ix. Omnis mulier que est fornicaria quasi
stercus ab omnibus pretereuntibus in via
conculcabitur. Libenter eciam in ea habitant. Sunt
enim demones porci et ideo libencius stant
in corde inmundo quam in florido. ij Pet ij.
Sicut in loco incultato luti sunt porci et ideo
libencius stant in cadavere quam in flore.
Sicut patet in corvo quem Noe de archa
emisit qui devoracioni cadaveris se dedit.
Sunt serpentes infernales et ideo li-
bencius stant in spinarum spinetis quam
in flore munditie. Serpentes enim fugiunt
odorem vinearum et delectantur in spinarum
sicarum inmundiciarum. In cordibus igitur
luxuriosorum nullum semen boni crescere
potest quia volucres id est demones qui eorum
corda perambulant quia ea conculcant quia
ea inhabitant omnia asportant. Dicuntur
autem demones volucres celi sive propter aeris
inhabitacionem sive propter naturam celestem sive
propter velocitatem ad malum. Quod autem luxuri-
osi nullum bonum spirituale appetere possunt
dicit Crisostomus super Matheum probabile exemplum. Si
leoni ostendas campum virentem eius
appetitus non excitatur comedere herbas sed
carnes quia non est in sua natura.
Sic et anima luxuriosi non incitatur ad
desiderandum celestes amenitates sed
carnales voluptates. I Cor ij. Animalis
homo non percipit que sunt spiritus dei. Secunda
est terra petrosa et significat superbos. Super-
bia enim facit cor ponderosum frigidum et

durum. Tam ponderosum ut celum ipsum non
potuit sustinere. Luc x. Videbam sathanam
quasi fulgur de celo cadentem. Tam frigidum
ut nullus ignis divini amoris possit ipsum
calefacere. Psalmus. Ante faciem frigoris eius
quis sustinebit. Tam durum ut nullus malleus di-
vini amoris possit ipsum frangere. Nulla dul-
cia divini amoris possit ipsum emollire. Bernardus
ad Eugenium. Cor durum est quod nec com-
punctione scinditur nec pietate mollitur
nec movetur precibus minis nec cedit fla-
gellis sed magis induratur. Ad consilia in-
fidum ad beneficia ingratum ad iudicia se-
verum inverecundum ad turpia impavidum
ad pericula inhumanum ad humana prete-
ritorum obliviscens presentium negligens fu-
tura non providens et ut in brevi cuncta
complectar ipsum est quod nec deum timet
nec hominem reveretur. In cordibus igitur superborum
sic ponderoso sic frigido sic duro nullum
semen crescere potest etc. Exemplum ponit
Crisostomus ut supra. Si pluvia venit super lapi-
dem descendit lapis a foris balneatur
intus autem siccus existit. Sic cum pluvia
verbi dei vel inspiracionis divine cor super-
bi attingit foris quidem remanet intus
autem intrare non potest. Tercia terra est spi- 3
nosa et significat avaros. Divicie enim spine
dicuntur sive quia sunt latibula perpetui
infernalium. I Thy vi. Qui volunt di-
vites fieri incidunt in temptacionem
et in laqueos dyaboli etc. Sive quia
sunt materia ignis infernalis. Ys xxxiij.
Spine congregate igni comburentur.
Sive quia sunt sub flare mundane glorie
pungunt labore acquirendi timore con-
servandi et dolore perdendi. In cordibus igitur
sic spinoso id est latibulo demonum effecto
sic materia ignis infernalis pleno sic la-
boribus et doloribus et timoribus
lacerato semen dei fructificare non potest.
Huius exemplum ponit Crisostomus ut supra.
Sicut cum vasi pleno aceto guttam mel-
lis infundas et mel perdes et acetum
non immutabis. Mel sunt verba dei dulcia

pe. Cum dulcia fauibus meis elo. tua
s. mel ori meo sunt spiritus sancti insufflato
Wita vasa arctosa sunt anaranum corda
aureis tabulis plena in quibus et doctrina
celestis perditum et spiritus sancti gratia suffla
2o tatim. Secunda terra scilicet bona similiter
triplex est. Una est que profert fructum
tricesimum. Alia sexagesimum. Alia centesimum
Luc. dicitur capitulo viii. Et facit fructum aliud
quidem tricesimum aliud sexagesimum porro ali
ud centesimum. Iste autem triplex dicta fruc
1o tum tripliciter potest considerari. Primo
quantum ad status tres fidelium qui sunt
incipientes proficientes et perfecti. Incipien
tes sunt tanquam terra que profert fructum
tricesimum quia sufficit ut habeat fidem tri
nitatis cum impletione decalogi. Proficientes
sunt tanquam terra que profert fructum sexage
simum quia non habent tantum fidem trinitatis
1o et seruiant decem precepta sed etiam exhi
bent vi misericordie opera. Perfecti sunt tanquam
terra optima que profert fructum centesimum
quia habent duplicem perfectionem seruan
tes uectis legis precepta et euangelica
consilia. Iste triplex gradus scilicet inci
pientium proficientium et perfectorum tangitur
Marc. iiii ubi dicitur ultro enim terra fructi
ficat primum herbam deinde spicam deinde
plenum fructum in spica. que uerba exponens
Greg. super Ezech. dicit Cum desideria
bona concipimus semen in terram mittimus
cum recta opera incipimus herba sumus
cum autem ad profectum boni operis crescimus ad
spicam peruenimus cum in eiusdem perfectionis
operatione solidamur plenum fructum in
2o spica proferimus. Tercio potest considerari
quantum ad tres status saluandorum scilicet
coniugatos viduas et virgines. Istarum
rationem assignat Aug. in sermonibus et Albumasar
dicens. Tricesimus enim fructus pertinet ad co
niugatos nam et ipsa digitorum coniuncto
que mollis osculo complectens et fede
rans maritum pingit et coniugem. Sexa
gesimus ad viduas pertinet que in an
gustia et tribulatione sunt posite unde et
inferiori digito deprimuntur. Centesimus
ad virgines pertinet qui numerus est de sinistra
ad dextram et circulum faciens exprimit vir
ginitatis coronam. Tercio potest considerari 3
quantum ad triplicem modum uictorie. Istarum
rationem assignat Aug. in libro. Quidam enim sic
pugnant cum amore mundi ut eos amor
non vincat. Isti habent tricesimum fructum.
Alii sic pugnant et sic superant ut si demum
resurrexerit facile deprimant. Isti habent
sexagesimum. Alii sic extinguunt ut se
omnino nulla parte moueat. Isti habent cen
tesimum. Vel potest dici quod secundum Virgilium
et Paladium terra bona per tria cognoscitur
primo per fossionem et repletionem si enim de
fossa erit repleta et equata fuerit erit
mediocriter bona. Si superhabundauerit erit
optima. Illi deficiunt qui multa mala
committunt et pauca bona faciunt. Isti sunt
terra reproba Hebre. vi. proferens terra spinas
et tribulos reproba est talibus dicitur
Daniel v. Appensus est in statera et in
uentus es minus habens. Illi autem adequan
tur qui quantum peccauerunt tantum deo satis
fecerunt Ro. vi. Sicut exhibuistis membra
uestra seruire immundicie et iniquitati ad ini
quitatem ita nunc exhibete membra uestra
seruire iusticie in iustificationem. Istis dicitur
appensus es in statera et inuentus es satis
habens. Illi superhabundant qui opera per
fectionis faciunt seruantes mandata et
consilia Luc. x. Quodcumque supererogaueris
ego cum rediero reddam tibi. Istis dicitur Appen
sus es in statera et inuentus es multum
habens. Secundo cognoscitur per nigrum colo
rem quod in Georgicis Virgilius testatur. Illi
igitur sunt bona terra qui se denigrant id est
se despiciunt et humiliant. Niger autem color
visum congregat albus autem disgregat. Unde pupillam oculi illuminat
magis ornat et pupillam oculi illuminat
magis cum habet pupilla que est nigra
quam si esset alba. Sic et humilitas animam
intra se congregat ut super se uel extra se

no effluat Ps. Dne non est exaltatum cor meum. Dignitati admixta superbia magis exornat Eccl. iii. Quanto maior es humilia te in omnibus et coram deo invenies gratiam. Aug. Non est magnum in abiectione esse humilem, magna prorsus virtus est humilitas honorata. Humilitas etiam in conspectu dei facit animam clariorem, quia quanto quis est nigrior id est humilior in conspectu suo tanto maior est in conspectu dei. I Reg. xv. Dixit Samuel ad Saul nonne cum parvulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. Tercio cognoscitur per saporem terre, quia debet gleba terre a qua assumitur et si est saporis amari vel salsi mala est. Si dulcis bona. Amaritudo anime est ira. Iac. iii. Quod si zelum amarum habetis et contentiones sunt in cordibus vestris nolite gloriari etc. Salsugo anime est avaricia. Ps. Terram in fructiferam in salsuginem. Salsugo enim est salsus humor terre qui ipsam sterilem facit, nisi avaricia. Terra ergo est mala terra anime quando vel est amara per iram vel salsa per avariciam. Illi autem sunt bona terra qui sunt dulces id est qui habent dulcia corda. Prov. xvi. Dulcedo autem est sanitas ossium. Qui habent dulcia verba. Eccl. vi. Verbum dulce multiplicat amicos et mitigat inimicos. Qui habent dulcia et mansueta opera. Eccl. xi. Brevis in volatilibus est apis et initium dulcoris habet fructus eius. Eccl. iii. In mansuetudine opera tua perfice et super hominum gloriam diligeris. Dominica in quinquagesima sermo primus

Assumpsit Ihesus xii discipulos suos et ait illis. Ascendimus Ierusalem et consummabuntur omnia que scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur et flagellabitur. Et occident eum et tercia die resurget. Luc. xviii. Sicut dicit glossa. Redemptor noster previdens ex passione sua discipulorum animos perturbandos eis longe et passionis sue penam et resurrectionis gloriam predixit ut cum morientem cernerent etiam resurrecturum non dubitarent. Et tamen ipsi Christi passionem intelligere non poterant quod tribus de causis accidebat ut dicit Beda. Prima est quia eum nimis amabant et ideo morte eius audire non poterant, sicut mater que filium diligit nimis tenere non potest pati audire illum de sepultura. Secunda est quia credebant ipsum verum deum esse, unde suspicari non poterant eum mori posse. Tercia est quia credebant ipsum parabolice loqui sicut eis sepe talia loquebatur. Quinque Christus discipulis predixit scilicet sua passione et post resurrectionem. Circa passionem autem quinque ponuntur scilicet traditio, illusio, flagellatio, conspuicio et occisio. Traditur autem ille qui est virtus et puritas. Illuditur qui est dei sapientia. Flagellatur qui est innocentia vera. Conspuitur decor glorie. Et occiditur vera vita. Ista autem quinque que Christus passus est a malis cotidie patitur et ab omnibus malis. Primum namque est tradicio. Sicut autem traditus a Iuda qui eum tradidit salutando, amplexando, osculando et secum comedendo. Sic etiam multi in ipso vel salutabunt cum oracionem dominicam frequentabunt, quociens enim pater noster dicimus totiens deum salutamus. Multi etiam Christum amplexabuntur brachio amoris et brachio timoris. Signum autem quod homo Christum amplectitur brachio timoris est quando vitat peccata. Prov. xvi. Per timorem domini declinat omnis homo a malo. Signum autem quod Christum amplectitur brachio amoris est qui facit bona et dei servat mandata. Io. xiiii. Si quis diligit me sermonem meum servabit. Multi etiam in ista vel Christum osculabuntur et Christus eos iuxta illud Ps. Misericordia et veritas obviaverunt sibi iusticia et pax osculate sunt. Veritas enim debet esse ex parte peccatoris misericordia ex parte dei. Si enim peccator dicit veritatem peccata sua revelando confitendo mox misericordia sibi obviat et dulcedo. Sed ex parte peccatoris debet esse iusticia ex parte dei pax. Si enim peccator

deceptat insidiam se per proditionem permittendo. Unde
dicitur ipse osculatur ipsum mansuetam recipien-
do. Consilia enim cum Christo conmedunt quando
corpus Christi recipiunt et tamen assimulan-
dine fidei Christum sic salutant et sic amplex-
antur et sic osculantur sic immensa crudeli-
tate cum proditore tradunt deum ad peccata vol-
unt et Christum de corde expellunt et dyabo-
lum introducunt. Fuit autem Christus venditus a
tribus scilicet a Juda qui eum vendidit per
avariciam unde dicitur Matthei xxvi Quid vultis
michi dare et ego vobis eum tradam et in-
de his qui eum tradiderunt per invidiam et
maliciam Matthei xxvii Sciebat enim quod per invi-
diam tradidissent eum et a Pylato qui
eum tradidit ad crucifigendum propter timorem
et pusillanimitatem humanam. Nam sicut
habetur Jo. xix cum Judei dixissent Pylato
Si hunc dimittis non es amicus cesaris
Pylatus timore ductus eum tradidit. Omne
enim peccatum aut fit propter cupiditatem male infla-
tam i. ad Thi. vi Radix omnium malorum est cupidi-
tas isti tradunt Christum cum Juda tales sunt
usurarii et avari. Aut fit per maliciam sive
nam gratiam persequentem isti tradunt eum
cum Judeis Tales sunt invidi et maligni
qui dona spiritus sancti malis persequuntur
Aut fit per infirmitatem humanam aliquatenus
indirectum isti tradunt eum cum pylato Ta-
les sunt timidi et pusillanimes qui plus
timent hominem mortalem quam deum
2 numquam morientem. Quidam est illusio illu-
dit autem Christus et irridetur maxime a
tribus generibus hominum primo a divitibus et ob-
stinatis Proverb. i° Vocavi et renuistis etc
et ego deus in fine eos irridebo Unde sub-
ditur Ego quoque in interitu vestro ridebo. Pro-
verb. Illusores ipse deridebit Ps. Quam putamus
sunt qui iocando predicant prophetie et ride-
do locuntur apostoli Christus in fatuitate gemine
[illegible] nota sunt qui tormenta intellec-
dunt [illegible] petra ferat. Similiter [illegible]
de novandum exponunt petrus in corde de

exemplo suspendit. Si iocundi sunt passi
credant. et iocando loqui sed timeo ne
fides mea parvus sit iocabilis quam ipsos
timeo ne iocando subvertit et irrideat
ipse de nobis quantum ad modum scriptum est
Qui habitat in celis irridebit eos. Secundo
accidiosis usque Impar est et non penitens
qui adhuc agit quod peniteat. Cum talibus
enim dyabolus ludit sicut cattus cum mure
quam aliquantulum apprehendit permittit sed mox
super eum venit. Sic dyabolus peccatorem a
liquando dimittit penitere sed postmodum
facit eum in peccatum redire. Proverb. xxiiii Stultus
illudit peccatum i. dyabolus qui temptator est
peccati. Tertio accidiosis et ociosis Tren. i
viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius et dicitur
sabbata impleti tales enim faciunt sabbatum in peccatis
quo ad deum vacantes a bono sine et
quo ad seipsos vacantes a bono opere et
quia tales Christum illudunt dantes sibi causam
ad bibendum ideo hostes i. demones sabbata
eorum deriserunt. Notandum autem quod Christus
quatuor modis fuit illusus primo in domo
Cayphe sacerdotis cum velamine capitis ut
habetur Luc. xxii Secundo in domo Herodis cum
veste alba ut habetur Luce xxiii Tertio a mili-
tibus in atrio cum purpura ut habetur Matthei xxvii
Quarto a Judeis in cruce quia cum ibi
penderet dicentes Matthei xxvii Vath qui de-
struis templum dei etc et eius fidem deridebat
dicentes Alios salvum fecit et se non potest salvum facere.
Qui in exemplo est de quo dicendum
mur de cruce et credimus ei. Hiis quatuor
modis videntur predicatores Christum illudere quia
cum Cayphas pro amictu capitis cum ipsum amicti
in capite assumunt quod designat speciem
legum ut Galatas palatis assumite
ipse ante non sermonem in celestia pro celesti
retributione sed pro terrena cupiditate. 2°
illudunt in veste alba cum Herode cum
tantam albam assumunt vel induunt quia
signat innocentiam iuxta illud Ps. lavabis
me et super nivem dealbabor. Ipsi autem non
sunt mundi sed mente et corpore reppu-
Tertio in purpura militibus cum induunt

casulam purpuream que signat latitudinem
et fervorem caritatis quia autem non habent ve-
stem purpuream caritatis sed sanguineam cru-
delitatis. Quarto cum in verbis ignominie qui eius
verba predicabant et fidem defendebant et ipsi
verba dei contempnunt cum stolam induunt
que signat gladium i. verbum dei indigne assu-
munt et scutum fidei quod per manipulum signatur
despiciunt. Ephe. vi. In omnibus sumentes
scutum fidei etc. Tertium est flagellacio in qua
flagellacione sanguis Christi de omnibus
membris exivit. Fleverat enim prius oculis
sed tunc flevit omnibus membris. Christus
enim in passione quadrupliciter flevit scilicet
corde propter immensitatem doloris. Treni i°
O vos omnes qui transitis per viam etc. ore lac-
rimosis verbis Mt. xxvii Deus deus meus
ut quid dereliquisti me. Oculis per lacri-
marum effusionem Hebre. v. Cum clamore
valido et lacrimis offerens etc. et tandem
cum omnibus membris per sanguinis emanaci-
onem quando scilicet fuit tam crudeliter fla-
gellatus. Notandum autem quod Iudei Christum
quatuor vicibus flagellaverunt. Primo in
capite ipsum arundine percucientes ut habetur
Mt. Luce xxii. Secundo in facie eum velantes
et percucientes ut habetur Luce xxii. Tercio
in collo eum colaphis cedentes ut habetur
Mt. xxvi. Quarto in toto corpore ipsum fla-
gellantes ut habetur Mt. xv. Flagellant
autem hodie Christum in capite qui persequuntur
prelatos ecclesie. Flagellant in facie qui
contemplantes qui sunt pars pulchrior ecclesie
perturbant in sua quiete. Flagellant in col-
lo qui predicatores impediunt a divino ser-
mone. Flagellant in corpore qui activos
inferiores molestant in sua operacione. Sed
de tali flagellacione dicit Augustinus. Quid su-
perbit impius si de ipso facit flagellum pater
meus. Pater flagello filium corripit et
postea flagellum ad comburendum in ignem
mittit. Quartum est conspucio cum magna
derisione. Unde super illud Iob xxx
faciem meam conspuere non verentur glosa

Faciem conspuere est iustos eciam in presencia
confutare et in corpore contumelias verba
fluxa quasi fluctus salivas mittere. Ista autem
conspucio i. derisio aliquibus est ad
suffocacionem et conturbacionem sicut legitur
de Hur viro Marie sororis Moysi qui
in corpore sputis fuit suffocatus. Aliquibus
est ad correctionem. Unde Petrus c. Dam. xxxv
quod quidam volebat accipere uxorem fratris
sui in faciem eius conspuebatur. Et que
est uxor fratris mei nisi pena quam Christus
pro nobis accepit quam penam cum homo
accipere renuit Deus ipsum diris flagellis
affligit. Ex quibus ille sepe correctionem
accipit. Aliquibus vero est ad humiliacionem
sicut legitur quod Dyogenes philosophus invitatus
a quodam qui habebat turpem faciem sed
domum pulcherrimam in faciem eius spuit dicens
se non vidisse in tota domo aliquid turpius
in quo conspuere posset. Hoc autem fecit philosophus
ut ille se recognosceret et de pulchritudine
domus non superbiret sed de turpitudine
persone humilitatem haberet. Aliquibus est
ad illuminacionem et profectum virtutum sicut ceco
nato ut habetur Io. ix. Tales erant apostoli
de quibus dicitur Act. v. Ibant apostoli gaudentes
a conspectu concilii etc. Quintum est quod
Christus habuit autem Christus quinque vulnera que
fuerunt sibi occasio mortis. Primo enim fla-
gellatus fuit intantum quod inter flagella
illa animam expirasset. Deinde fuit in
pedibus et manibus perforatus et tandem
cum esset mortuus in latere fuit vulneratus.
Per corpus Christi intelliguntur illi qui de ecclesia
adhuc sunt infirmi et temporalibus dediti.
Ipsum occidunt qui eis temporalia auferunt.
Eccli. xxxiiii. Qui aufert in sudore pa-
nem quasi qui occidit proximum suum. Per ma-
nus intelliguntur activi qui occiduntur
cum suis oracionibus impediuntur. Prov. iii°
Noli prohibere benefacere eum qui potest
si vales et ipse benefac. Per pedes in-
telliguntur contemplativi qui suis ora-
cionibus totam ecclesiam sustentant contra illa

ardunt qui ordines incipiis effectu habeant
impediunt. Sunt quidam in ecclesia quidam mor-
tui sicut dicit apostolus Col. iii Mortui enim estis
et vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Istos
illi ardunt qui eos turbare non desinunt.
Verbo postea breviter dicitur. Et die tertia re-
surget. Ille igitur qui est mortuus per peccatum
tertia die resurget. Prima dies est contritio
secunda confessio tertia satisfactio. Vel tres dies
sunt delectatio consensus et opus. Qui igitur
resurgit a delectatione resurgit a consensu
saltem resurgat ab opere. Si enim quartum diem
in consuetudine addit resurgere vix vale-
bit et hoc signatum est in Lazaro quatriduano.
Ceteros quidem mortuos Christus resuscitavit
simplici iussione, istum autem suscitavit cum
clamando lacrimando ut daretur intelligi quod
illi qui sunt in peccatis inveterati indigent
multis orationibus magnis corde clamori-
Sermo 29 bus longis et diutinis fletibus. Sermo secundus

Cecus sedebat secus viam transe-
unte domino mendicans etc. Lu. 18. Iste
cecus significat genus humanum quod
magnam incurrerat cecitatem, sed illumi-
natum fuit per Christi passionem et ideo in isto
evangelio duo tangit scilicet infirmitas
cecitatis et remedium passionis. Circa primum
1m est notandum quod quinque sunt peccata que spiritua-
lem cecitatem inducunt. Primum est tumor
superbie. Gregorius. Tumor mentis est ob-
staculum veritatis et iste tumor totum
genus humanum occupavit. Primo enim ha-
buit actum in celo quando lucifer contra deum
intumuit. Ideo superbia est maior celestis
et ideo viros celestes quandoque invadit.
Deinde de celo descendens in paradysum venit
et ibi primos parentes invasit qui se supra
se ipsos elevaverunt et contra deum intumuerunt.
Deinde de paradyso venit in mundum et ideo per
totum mundum iste morbus superbie est dif-
fusus. Superbire enim est quasi super alios ire.
Lucifer igitur super alios ivit superbivit quia
super deum ire voluit. Adam superbivit quia
super se ipsum ivit dum scientiam dei affectavit.
Homines superbiunt quia super alios ire vo-
lunt. Deus autem superbire non potest quia
super alium ire non valet eo quod super se nullum
habet. ¶ Secundum est plus avaricie. Avaricia 2m
enim semper portat trabem in oculis. Ps. Oculos
suos statuerunt declinare in terram. Unde de talibus
nimia cupiditate dicitur Jer. 6. A minore usque
ad maiorem quippe omnes avaricie student.
Sunt maiores autem et minores sunt medio-
cres. Per minores intelliguntur layci, per me-
diocres clerici, per maiores prelati. Avaricia
autem est a minore usque ad mediocres et
maiores quia invenitur in laycis viget in
clericis regnat in prelatis. Vel potest dici
quod in domo anime sunt tres familie scilicet
minores et iste sunt cogitationes, mediocres
et iste sunt intentiones, maiores et iste
sunt affectiones. Sunt igitur quidam quorum
avaricia est in cogitationibus qui die noc-
tuque cogitare non cessant qualiter lucra
possunt acquirere et pecunias suas augere.
Eccl. ii. Cuncti dies laboribus eius pleni
sunt et erumpnis nec per noctem mente re-
quiescit. Alii sunt quorum avaricia est in in-
tentionibus quia in omnibus que dicunt et
faciunt semper aliquod lucrum vel emolumen-
tum temporale intendunt. Pro. xvii. Oculi stulto-
rum in finibus terre. Oculi stultorum sunt intentio-
nes eorum qui semper fine pretendunt temporalis
scilicet lucri. Alii sunt quorum avaricia est
in affectionibus quia temporalia ardenter diligunt
et spiritualia parvipendunt. Unde igitur a minore
usque ad mediocrem et maiorem omnes ava-
ricie student dum alii terrena lucra cogitare
non desinunt. Alii in omnibus que agunt tempora-
lem mercedem intendunt. Alii terrena ardenter
diligunt et spiritualia contempnunt. ¶ Tertium 3m
est ignis iracundie. Ps. Supercecidit ignis
et non viderunt solem. Que mentis lumen
iracundus extinguit. Sicut enim in ignis ex-
cecatur ad splendorem ardentem. Sic homo
excecatur per iracundiam inflammantem. Glossa
in Danielem. Ira est ebullitio sanguinis circa cor.
Ex illa autem ebullitione fumositates ascen-
dunt que oculum mentis obnubilant et ita
impediunt eum ne possit cernere verum quod

aut vas ad ignem nimis ebullit tribus re-
mediis subvenitur: aut per vasis ab igne de-
positionem. Aut per aque frigide infusionem
Aut per lignorum subtractionem. Sic contra quem
aliquis per iram contra alium nimis ebullit
ille contra quem irascitur aut debet se to-
taliter ab illo dividere. Proverbiorum xx. Honor est
homini qui separat se a contentionibus. Aut
aut saltem misceantur communicatio aut det
illa refrigerativa et dulcia verba. Proverbiorum xv.
Responsio mollis frangit iram sermo durus
suscitat furorem. Aut saltem debet
tacere et nichil sibi videre illa et
que iracundo videntur sunt quasi ligna
quibus ignis iracundie amplius inflammatur.
Ecclesiastici xxviii. Secundum ligna silve sic ignis exar-
descit quando autem ligna in ignem subtrahuntur
tunc ille ignis extinguebitur. Proverbiorum xxvi. Cum
defecerint ligna extinguetur ignis. Nota
est fetor luxurie hoc patet Thobie ii. ubi
dicitur quod Thobias excecatus in tedium fuit
excecatus huius cum aves immundas et de-
stercora et quod peccatum magis destruit quam
luxuria homo quidem quattuor sunt scilicet
corpus animam famam et temporalem substantiam
Est igitur quoddam peccatum quod destruit corpus
scilicet nimia tristicia Proverbiorum xvii. Spiritus tristis
exsiccat ossa. Est aliud quod siccat animam
scilicet invidia. Iram invidia sicut dicitur
marcescit rebus optimis. Proverbiorum xiiii. Vita
carnium sanitas cordis putredo ossium in-
vidia. Aliud est quod destruit famam scilicet
superbia Ecclesiastici x. Odibilis coram deo et homi-
nibus est superbia. Est aliud quod destruit
substantiam scilicet prodigalitas et luxuria gu-
le Proverbiorum xxi. Qui diligit epulas in egesta-
tate erit qui amat vinum et pinguia non
ditabitur. Luxuria autem destruit et corpus
corpus quia facit ipsum cito venire in senec-
tutem vel mortem. i Cor. vi. Qui autem
fornicatur in corpus suum peccat. i. in corpus
sui consumptionem et diminutionem. Con-
sumit animam quia omnia bona spiritualia et
desideria adnichilat et destruit. i Cor.
ii Animalis homo non percipit ea que sunt

spiritus dei. Consumit bonam famam Unde dicitur
de Salomone Ecclesiastici xlvii. Inclinasti femora
tua mulieribus et dedisti maculam in
gloria tua. Consumit etiam substantiam ut
patet in filio prodigo Luce xv. qui dissi-
pavit substantiam suam vivendo luxuriose
Nutrix est nimia habundantia et crassi-
tudo terrene substantie. Job xv. Operuit faciem
eius crassitudo Hinc est quod Ezechias [?]
excecatus est in reblata que interpretatur
multa [?] iiii Regum xxv. quod multi-
tudo istorum temporalium facit hominem cecum
Hinc est etiam quod Effraym et Manasses
fuit filius. Effraym interpretatur fertilitas
seculi Manasses autem interpretatur oblivio
sui quia nimia fertilitas seculi inducit
oblivionem dei. Sicut enim pisces aliqui
ex nimia pinguedine excecantur et sic
in auribus oculi consumuntur. ne ex nimia [?]
rerum [?] ab impinguationibus retra-
hant. Sic homines ex nimia habundantia
rerum in anima excecantur. Postquam visum
est de infirmitate teritatis videndum est
de remedio passionis. Sequitur in principio
evangelii fit mentio spiritualis. Christus
cui tantum ista quinque incomoda portavit
quinque remedia scilicet corpus [?]
etiam [?] et deitatem. Iram de
corpore fecit emplastrum quo tumor superbie
sanatur. Emplastrum autem fit de herbis
medicinalibus que inciduntur conteruntur
et decoquuntur et liquore aliquo perfunduntur
Herba medicinalis est caro Christi quia
sicut dicitur ysa xl. Omnis caro fenum. Ista
caro fuit in cruce incisa clavis et lancea
[?] passionis attrita
Aggeus dicitur ysa liii. Vulneratus est
propter iniquitates nostras attritus est propter
scelera nostra. Decocta fuit in furno crucis
triplici igne ex caritate scilicet igne amo-
ris Jo. xv. Maiorem hac dilectionem ne-
mo habet etc. Igne doloris Tren. i.
O vos omnes qui transitis per viam attendite et
videte si est dolor sicut dolor meus etc. Igne passio-
nis ps. [?] ossa mea sicut cremium aruerunt etc.

de unde sanguine precioso fuit respersa ut s[upra] xvij.
Quare rubeum est indumentum tuum et vesti-
menta tua sicut calcantium in torculari. Secundo
igitur emplastrum factum de corpore Christi carne sic ma-
sa sic attrita sic exorta sic percussa si super
apostema superbie apponatur debet ipsum
statim mitigare et mollificare et frange-
re. Augustinus Ecce habes humilitatis exemplum
superbie medicamentum. Unde quod superbia sa-
nari potest si humilitate filii dei non sa-
natur. Tertio de sanguine fuit collirium
quo ignis invidie temperatur. Michi enim
sic videtur et inimicum habere debet qui
considerare quod sanguinibus Christi pro suis cruci-
figentibus sic oravit. Unde quidem Christus pro
eis oravit ubi dicitur Luc. xxiij Pater di-
mitte illis quia nesciunt quid faciunt. Ora-
vit lacrimis Hebr. v. Qui in diebus car-
nis sue preces supplicationesque ad eum
qui posset eum salvum facere a morte cum cla-
more valido Hebr. v. Cum clamore va-
lido et lacrimis offerens exauditus est pro
sua reverentia. Oravit sanguine Hebr. xij
Accessistis ad sanguinis aspersionem melius
loquentem quam Abel. Oravit morte Hebr.
ix. et ideo novi testamenti mediator est
ut morte intercedente in redemptionem earum
[illegible] que erant sub priori testamento repromissionem ac-
cipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. Tale
igitur collirium tante pietatis et caritatis in
nobis refrigerare debet omnem ignem
caritatis quibus cum deberet cause inimicitie
suas odium tenebit quando Christus pro suis
inimicis illis lacrimis sanguine et morte
oravit. Quarto de anima fuit vas purga-
torium quo peccatis avaritie expurgatur.
Iusta cum vase terra purgatorii purga-
tur contineatur. De quibus dicitur Jo. primo
Vidimus gloriam eius quasi unigeniti et
Ubi enim est gloria et gloriam dei nostra ubi
est gratia ubi est sapientia. Quarnus igitur qui
habet oculos plenos pulvere avaritie ba-
dat ad illud vas unguentarium et
[illegible] sapientia.
Tunc autem [illegible] unguentarius in [illegible]

quando meruit ad compassionem fratris
miserie. Tunc dicitur unguentarius qui
quando incipit tepescere ab amore ter-
reno et [illegible] in amorem celestium.
Tunc dicitur unguentarius sapientie quando
scit sapientiam acquirere sapientiam retinere et
sapientiam expendere. Quanta dulcedo fuit spirituali
non fuit mellifluum cibum quia nascitur de
terra contemptum. Ecc. xxiiij Spiritus
meus super mel dulcis. Mel est dulce in
superficie dulcius in medio dulcissimum in
fundo. Christus quidem est triplex substantia scilicet
caro que est quasi superficialis deitas que
est profunda et anima que est quasi media.
Religiosi est dulce in superficie quia sancti
ex consideratione carnis Christi hauriunt
delectationes suaves. Est dulcius in medio
quia ex consideratione anime hauriunt delecta-
tiones sublimiores. Est dulcissimum in fundo
quia ex contemplatione deitatis hauriunt
delectationes purissimas. Talis igitur dulce-
do omnem dulcedinem mundanam facit insi-
pidam. Augustinus Vere non habet super terram quod
amet qui domini celeste inveritate gusta-
verit. Quanta dulcedo fuit balsamum
quo fetor hominis expellitur. Ecc. xxiiij
Quasi balsamum non mixtum odor meus.
Odor autem istius balsami tantus est quod
non tantum infirmi non tantum mortui non
tantum corrupti sed etiam fetidi sentire dicuntur.
Hoc signatum est in Lazaro quadriduano et
fetido qui ipsum odorem sensit et revixit.
Prima dies est delectatio et tunc anima est
infirma. Secunda est consensus et tunc est
mortua. Tertia est malus opus et tunc
est corrupta. Quarta est mala consuetu-
do et tunc est fetida. Qui autem istum odo-
rem non sentit est infirmo periculosior mor-
tuo insensibilior corrupto morbidior et
fetente abhominabilior. Sermo tertius 3°

Omnis plebs ut vidit dedit laudem
deo. Pastor dicitur qui illuminavit. Omnis
plebs que ibi aderat laudem deo
dedit ex quo datur intelligi quod ille est
illuminatus qui deum laudat ille cecus

qui pro malicia vel pro mala opera deum blasphe-
mant. Tercio quia ante dicti homines vani non
tantum non laudant deum sed eciam per suas
vanitates blasphemant deum et laudant
inimicos dei scilicet mundum carnem et dyabolum.
Unde in isto ewangelio de Christi passione fit
mencio ut ex consideracione passionis
domini homines abiciant atque vani-
tates / laudant quidem et honorant mundum
exercendo diversos ludos et ineptas le-
ticias / laudant et honorant corpus pro-
prium pascendo ipsum diversis epulis / lau-
dant et honorant dyabolum ducendo
diversas choreas / Quia igitur talibus vanitatibus
homines expendunt dies istos et ideo
cum isto vero non sunt illuminati sed ceci-
tati involuti. Primo igitur vani homines cum
debent laudare deum ipsi laudant mundum
per diversos ludos et ineptas leticias. Le-
ticia mundi est sicut purum vinum quod cito
inebriat nisi sobrietate temperatur
iuxta illud Ecc vii. Melius est ire ad
domum luctus quam ad domum convivii. In illa enim
finis cunctorum admonetur hominum et vivens co-
gitat quid futurum sit. Refert Tullius quod
quando aliqui consules Romani victores
1 redibant triplex honor eis fiebat. Primus
quia omnis populus eis cum leticia obviabat.
2 Secundus quia omnes captivi quos ceperant
cum vinctis manibus sequebantur.
3 Tercius quia ipse victor indutus tunica Iovis
in curru sedebat quem quatuor equi albi
usque ad capitolium deducebant. Ne vero ergo
se nimis elevaret isti honorem tripliciter
temperabant. Primo quia unus homo servilis
condicionis secum in curru ponebatur ut
cuilibet spes daretur perveniendi ad talem
honorem si probitate mereretur. Secundo quia
ille servus colaphis eum cedebat dicens Nosce
te ipsum. Tercio quia cuilibet licebat illo
die ingerere ei omnia obprobria que volebat
dummodo vera essent. Si igitur pagani sic suas
leticias temperabant multo forcius nos christi-
ani in primis et temperare debemus et mode-

triplici de causa. Primo quia hoc non competit
loco sumus enim in exilio qui debemus
esse in celo et ideo nobis est plorandum
et non gaudendum. Augustinus In valle mi-
serie sumus ideo magis plorandum est quam
nunc plorandus. Ps. Quomodo cantabimus canticum
domini in terra aliena. Quasi diceret pro certo
est in exilio cantare cantica dei quia
gaudium est de illis qui cantant cantica dyaboli.
Quia igitur sumus in exilio ideo omnis le-
ticia mundana debet nobis esse impor-
tuna. Ecc xxii. Musica in luctu importuna
narracio est. Secundo non competit
tempori. Tempus enim vite presentis non est nisi cursus
ad mortem. Augustinus Nichil aliud est tem-
pus vite nisi cursus ad mortem in quo
nemo vel paululum stare vel tardius ire
permittitur sed omnes pari motu urgentur.
Stultus autem ille esset qui ad mortis
supplicium cum gaudio leticia et cum sola-
cio duci vellet. Tales sunt sicut cigni
qui antequam moriantur solent cantare ut
perhibetur. Tercio non competit statui. Status
enim hominis est periculosus et doloribus plenus
quacumque se vertit periculum et dolorem invenit
nam si sursum respicit videt celum quod ami-
sit. Si deorsum videt infernum quem ob
demerita appetit. Si circumspicit adversitates
videt quod unus de mille non evadit quin
cadat per impacienciam. Si ad dexteram prosperitates
videt quod de decem milibus unus non evadit
quin cadat per impacienciam iuxta illud ps.
Cadent a latere tuo mille et cetera. Si post se
videt multitudinem peccatorum que commisit.
Si ante se videt terribile iudicium dei in quo
districtam racionem reddere oportebit. Unde legitur
in vitas patrum quod cum quidam sanctus pater vi-
deret quemdam iuvenem ridentem dixit ei
reddituri sumus de vita nostra racionem coram deo
et omni terra et tu rides. Secundo vani ho- Si°
mines cum debent laudare deum laudant
et honorant corpus suum pascendo ipsum
diversis epulis. Unde autem vinum gule et
homo facit magnam cathenam et ideo magis

injuriam. Vomitu quod facit triplicem iniuriam
1 prima quod est in corpore inducit magnam
deformitatem eius quod facit ventrem nimis
tumentem. Dicitur autem venter a vento eo
quod est sicut uter vento plenus. Gulosus
igitur quanto maiorem ventrem habuerit tanto
maiorem deformitatem plena vento et maiorem
saccum plenum stercoribus possidebit. Sicut
autem vesica vento plena puncta acu cito de-
tumescit sic venter gulosi punctus acu
febris cito per mortem evanescit. Stultus ergo
est ille mercator qui tantum multo labore
acquisitum mercem panem vinum in lutum
contendendum esse putaverit et quia venter
gulosi est sicut saccus stercorum stultus est
ergo qui ea que cum multo labore acquirit
in ventre ponit unquam in lutum fetidum et
2 contendenda cognoverit. Secunda est quia inducit
multam infirmitatem et aliquando mortem. Ecc.
xxxvii. In multis escis erit infirmitas. Vide.
Propter crapulam multi obierunt qui autem absti-
nens est adiciet vitam. Crapula enim corpa-
sunt medium sanguinis qui est causa vite.
Calor ergo naturalis sepe nimia pinguedine
suffocatur vita i. spiritus animalis sepe nimia
pinguedine impeditur et sic mors sequitur.
3 Tertia est quia inducit ad insatiabilitatem
Prov. xxvii. Venter impiorum insatiabilis. Sic
fame patitur ut canis. Canis enim postquam pecia
sibi devorat mox ad alia devoranda sus-
pensus anhelat. Sic gulosus postquam una
offula devoravit ad aliud aliam conspicit
immo etiam insatiabilior est quam canis et
quam terra quia absolvit omnia electa
namque ad alia aufert gustabilia. Alia quasi in-
tabilia. Ita Helianus panem ingens pas-
tus alitur. Similiter silva plurimis elephan-
tibus sufficit homo vero mare et terra pas-
titur. Ambrosius in libro de Helia. Quod insa-
tiabilius ventre hodie suscepit cras ex-
igit cum impletus fuerit disputat de tempe-
rantia cum digesserit vale. Virtutibus dicit
et ieiunium quid ... parca pluria pedite
... pisces vina laudant. Sed facit deo
iniuriam eius quod gulosus ventrem suum

desiderat. Phil. iii. Quorum deus venter est. Ubi
dicit Augustinus: Hic absorbentes per hoc tollitur quod
ab eis pre ceteris amatur. Cuius contrarium assignat
Hugo de sancto Victore de per similitudinem
ventris deo assimilatur et comparatur. Deo
enim dicuntur templa construi altaria erigi
ministri ad serviendum deputari pecudes
immolari thura concremari. Deo siquidem
ventris est templum coquina altare mensa
ministri coci immolate pecudes cocte car-
nes fumus incensorum est odor saporum
istorum. Autem ydolatria que ad aliquid peior
est quam ydolatria paganorum quia illi a-
dorabant aurum et argentum. Gulosus autem
adorat saccum stercorum. Quarto homines 3
cum debent laudare deum laudant diabolum
dicentes dulces coreas. Quod malum factum est
propter quinque rationes. Primo quia tales co-
ree mundi sepe ducunt ad coreas inferni. Un-
de ibi quidem multe sunt processiones per carros
i. congregationes superborum avarorum luxuriosorum
qui semper cantant lugubre decantabunt.
Zach. xi. Plangent terra familie et familie sole
et familie eorum seorsum cantabunt autem unam can-
tionem per ipsos lugubrem continentem dic-
tione per ipsos lugubres. ... Ve quia
cum vere ... quia deum offendi. Ve quia
diabolo consensi. Ve quia natus fui. Ve quia
male torqueor. Ve quia mori non valeo.
Ve quia nunquam liberabor. Secunda quia coree mun-
dales sepe perducunt
Job xxi. Tenent tympanum et cytharam gau-
dent ad sonum organi ducunt in bonis dies
suos et in puncto ad inferna descendunt.
Cuius signum est quod iste coree incedunt ad
sinistram. Matth. xxv. Oves que a dextris sunt
nominat deus hedi que a sinistris 2
sunt. Tertio factum est quia coree mundi
privant coreis celi. Ibi enim sunt coree sancto-
rum de iubilatione sempiterna qui pascunt inter lilia sep-
tus coreis igitur istis coreis celi privantur
qui coreis mundi delectantur. Exemplum Gregorius in
dialogo de quadam puella nobili romana
que cum ioculis et cantilenis nimis dedita
esset beata virgo cum multis preciosis puellis al-
bis induta sibi apparuit et cum illa adtam

pulorum possessionem se subiciat tollet
sociale prohibuit beata virgo que cum deberet
se esse tali possessione esset in
signum precepit ei ut a nobis et ele-
mentis se abstineret et sic die tercia
ad illam possessionem digna veniret
que subito tactis iumentibus in ima
ta fuit et sic tercio die beato fine
quieuit. Secundo factum est quod accidit
3 in iniuria celi quia pacta in baptismo
in initio fregit quia abrenunciauerat
diabolo et pompis eius omnibus homines
puniuntur. Item quam maiorem con-
temptum committunt quam si proprie simili
in tulerunt. Augustinus melius inde dicebat
de iniuriis [illegible] et fecit quia contra
deum tamen quam festa secus sunt
bonitatibus polluunt. Magister cum in
iniuriis eius ecce fecerunt quam prophetis
prophetarum sunt scilicet Iohannes baptista oc-
ciderunt in iniuria et que sit suis
redundat in deum. Luce x°: qui vos
audit me audit et qui vos spernit
3 me spernit. Tercio factum est quod
iste corte sunt anima dyaboli ... in
mois in petra leonine dyabolus fit
homines cottidie non percellens non
prospiciunt non percucitur in cordibus et
omnia ista veniunt. Sed ibi sunt ubi
lubrica et modulacio cantum ibi
[illegible] misio facte ibi [illegible]
istarum et in celi dignitate et ap-
propinquacione non percollocum non p-
ossum non percutiu sepe ignibus accendi
et mala tempore inflammari et
continuum quod sit fortis et durus tamen
firmus vel sit durus frigidus sicut la-
pis vel sit candidus tamen minime cal-
latus tamen non confidat de sua forti-
tudine nec de sua frigiditate nec de sua sanctitate
Septima causa est ... et
ponit ... Grego(rius) de symonie
cui ... capilli in quibus erat virt(us)

sua amputati fuissent mox philistei ipsum
ligaverunt et ei oculos eruerunt. modo fere
fit quando enim peccator perdit robur suarum vir-
tutum mox demones similes dictorum despec-
torum ipsum ligant in intellectu et affectu
ipsum excecant. de vitio in vitium ipsum cir-
cumire compellunt. Tercia causa est propter demo-
nem propinquitate dicit ii Cronicorum vii. peccatores
sunt circa diabolum quos excogitat perfecta
facinorum. ideo eos ducit de peccato ad peccatum.
Quarta causa est propter quorundam peccatorum connexionem
Gregorius ii. peccata que non
e. . Nam avaricia trahit ad rapinam
ad furtum, ad mendacia multa. Gula trahit
ad multa, ad ebrietatem et luxuriam. Ideo demo-
nes estuant ideo disrumpit ad
Superbia trahit ad multas iniurias inferendas
ad multas ambitiones appetendas. Secundo
Occurrerunt ei x viri leprosi. Secundus
qui steterunt a longe etc. Sicut dicit
glosa Bede. Si curati desideras esse
ut volumus detegas. Item cum Iohannis xviii.
a In tempore infirmitatis ostende confessionem Confessio-
nem autem de tota vita peccatoris scilicet locu-
tionis, cogitationis et operationis. Ostendet enim
confessio medico spirituali cogitationes si fuerint
immunde, locutiones si fuerint nocive, opera
mala que fecit et opera bona que omisit.
Ideo isti leprosi sua vulnera et suas infirmitates
non absconderunt sed medico spirituali id est Christo
aperuerunt. Tercia curatorum autem ipsorum ten-
tavit conspexerunt et infirmitatis genus curatio-
b nis modus et curationis effectus. Genus
autem infirmitatis est lepra que est morbus in-
curabilis, abhominabilis et universalis. Et
ideo multo potius sunt. Est enim primo morbus
incurabilis. Sicut enim lepra absque divino
auxilio vix aut numquam curatur, sic non
peccator curari potest nisi divino auxilio adiu-
vetur. Unde sicut sponte ipse vadens in peccatum
sed ipse non rediens a peccato. Legitur in Re-
gum. templum dei fuit in vii annis edi-
ficatum. Legitur autem Esdre ii. quod xlvi annis
post fuit reparatum. Per quod datur intelligi quod
homo anime fiat facilius quam templum
dei. sed si semel cadit difficile immo im-
possibile ipse resurgit. Ideo capiunt peccatores per
comparationem massa piscis. In quam piscis ipse
intrat, sed ipse exire non potest. Capiat
etiam tamen elephantis. Cum postquam cecidit
ipse non resurgit nisi alii elephantes super-
venerint qui ipsum adiuvant. Comparatur
etiam fractioni vasis vitri vel fictilis quod
ultimus redintegrari non potest. Primum enim
pertinet ad luxuriosos quia sunt in deliciis
deliciarum ubi sunt multi laqui et sagene
c
Vide quis amatorem morte muliere que
laqueus venatorum est et sagene cor eius
Unde cum quidam plures invenisset quedam
aucupem cum multe iacente aut. Tunc quid
aves decipiet interea unde ne est avicula
stultus huius fisco capiatur. Secundum pertinet
ad superbos qui more elephantis non flec-
tunt et ideo quod cadunt non resurgunt
nisi ab aliis sine multis adiuvantur. Ieronimus
Bonum cecidimus qui solum cecidisti. Psalmus
quia cadit ultimus ad arbore non resurgit
Tercium comparatur ad avaros qui cum
avidius terrena efficiuntur terra. Augustinus est unus
quisque qualis est dilectio sua. Si terram
diligis terra es. Si deum diligis deus es
non quidem per naturam sed per gratiam. Et ideo sicut tales
franguntur numquam ultimus possunt reintegrari.
Psalmus. Tamquam vas figuli confringes eos. Inter
eos continetur quod in eis vero parum
desiderium ut modicum aque lacrimarum inve-
nitur. Iob xxx. Comminuetur sicut contritus
confractione ... testa. Ieremias ptet in
... Eidem autem clamat per ea
... Ideo lepra est morbus abhominabilis.
Sic peccatores sunt abhominabiles apud deum
Psalmus. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in ini-
quitatibus. Osee ix. Facti sunt abhominabiles sicut ea
que dilexerunt. Avari non diligunt lutum
ideo sunt luto viliores. Ecclesiastici x. Luto vilior
vita illius. Luxuriosi diligunt immunda
et ideo sunt spurcissimis fetidiores. Iohelis i.
Computruerunt ut iumenta in stercore suo. Superbi
diligunt ventosa et ideo sunt vesica inflata vi-
liores. Sicut enim vesica acu puncta de-
tumescit sic eorum superbia et inflacio sub
ito evanescit. Ecclesiasticus iiii. disrumpet eos
inflatos sine voce. Et ... ...
... autem peccatores sunt abhominabiles quod
Crisostomus super ... xxiii. Discedite a me ...
... qui non sufficit penitus illorum vel as-
pici et ... Nam sicut carnales oculi
pro carnale ... videndo delectantur
si quam ... vel deformia videant
... affectus ... et deus qui
... ... pollutus aspicere quod ...
... ...
... ... tamen si ... ...
... et spurcicia est ut tamen ...
... ... in medico meo. Et ideo
... ... est lepra morbus
... a me. Tercio est lepra morbus universalis.
universalis. Sicut est morbus universalis
... totum corpus corrumpit. Ysaie i.
... A planta pedis usque ad verticem
... non est in eo sanitas. Ex quo patet quod peccatum

hominem et pedes ligat et capiti dicat
ligat eum pedes Job xiij Immisit in
nervo pedes meos et in matulis eius am
bulabat Gregorius Qui pedes in nervo
mittit tunc eum voluit exire Quia cum in
peccata se dedit non mox cum voluit surgit
Et cum in matulis nervis ambulat gressus
suos ambulando implicat Et tunc se eius
pedes ad ambulandum mittit ne ambulet
obligat Dicatur eis capiti Ambrosius pec
cator servus est tot dominorum quot vitiorum
Unde legitur de diogene philosopho Quod cum Allexan
der diceret se dicatorem orbis Ille autem
respondit eo dives sed suorum meorum servus
Superbia non domina tua et ancilla mea te
enim ducit Illam autem subpeditam Car
nalis concupiscentia gula et ira sunt domine
tue et ancille mee quia te ducunt et tibi
dicantur Ego autem eos subpeditam et
vici Et ideo tu es suorum meorum servus Et
tunc servi Allexandri vellet in ipsum irrue
Allexander autem videte ne eum tangatis
quia vel dei servus est et veritatem dicit Certe
quia vel dei servus est ... terrent se Dicemus non volumus transire
de vero peccato ad aliud Luc vij Mala stans
retro etc Octavo praeterea curationis modus
cum est leprosos Primo enim peccator curatur
per similem sui recognitionem quod notatur cum stete
runt a longe Quia eorum legem non an
debat leprosi stare cum sanis Et ideo de
longe steterunt Similiter et humilis peccator
deo appropinquare non audet Sicut dicitur
Luc xviij Publicanus a longe stans etc
Symon de Cassia Et unde longinquus eris a
xpo tunc humiliter tanto propior Et talis
humilitas deo appropinquare facit Iuxta illud
ps Respexit in orationem humilium etc Et Cor
gestu et humiliatione deus non despicit Jacobi
iiij Appropinquate deo et appropinquabit
vobis peccator enim appropinquat deo per
humilem sui recognitionem Et deus ei appro
pinquat per benignam exauditionem Nisi au
tem deus homini per eius appropinquasset homo nullatenus
deo appropinquare potuisset Rubus dicit
Augustinus Quid tam longinquum quam tam
remotum quam deus absconditus Immortalis
a mortalibus iustus a peccatoribus non loco sed
dissimilitudine Cum ergo in se haberet duo
bona scilicet iustitiam et immortalitatem Si u
trumque malum nostrum suscepisset par nobis
fuisset et liberatione nobiscum opus haberet

ut ergo esset non quod est nos sed ipse nos
non est factus ille peccator quod tamen fuit
est mortalis quod tamen suscipiendo in pe
nam et non suscipiendo culpam culpam
delevit et penam Secundo peccator cura 2° 2° 5
per intensam desiderium et clamosam orationem
ut notatur cum dicitur Levaverunt vocem etc Ille
enim clamat cum sua desideria ad deum
levat Ut sicut homines desiderant terrena
sic per similem desiderent celestia Augustinus O si
possemus homines excitare et cum illis
pariter excitari ut omnes essemus amato
res vite permanentis tales quales sunt
vite fugientis Cum tali desiderio cla
mabat ipse David Clamavi in toto corde me
exaudi me domine Et Bernardus in toto corde
eum clamat cum toto corde cum simul
orationibus habent intellectum et affectum attentionem
nem et devotionem i Cor xiiij Orabo
spiritu orabo et mente Alii cum medio
corde cum habent attentionem sed nullam
devotionem Osee Divisum est cor eorum
Alii cum nullo corde cum nullam devotionem
nec intentionem Ysaie xxix populus hic labiis
me honorat etc Tertio peccator 3° 9
curatur per veram devotionem confessionem quod
notatur in illo quod xpus dixit leprosis Ite et
ostendite vos sacerdotibus etc Quod sicut in via mun gteovo
dati erant Deus vi virtute confessionis peccatorem
mundat intrinsecus priusquam a sacerdote absol
vatur exterius Hoc eis patet in Lazaro
quem dominus suscitavit priusquam a discipulis
solveretur Hoc eis patet in leproso quem dominus
tangendo mundavit et postea ut sacerdoti
se representet et sacrificium offerat precipit
ut habetur Mt viij Ubi leprosus a domino
tangitur cum peccator compungitur Tunc
sacerdoti se representat cum peccata sua con
fitendo manifestat Tunc sacrificium offert
cum satisfactionem complet Ps Dixi confitebor
etc Dixi i firmiter statui Augustinus Magna
pietas dei ut ad solam promissionem
peccata dimittit nondum pronuntiat ore
et tamen deus iam audit in corde Quarto
praeterea curationis effectus cum fuit in cor
et alia peccata sanatio quod notatur in illo
cum rediit unus dominus dixit Fides tua
salvum fecit Ubi notandum quod decem quando 7
leprosi sanarentur clamaverunt pro sanatione

z iste clamat Unde dr Ecclesiastes est tu mag
voce zc. Admonemur ergo ad deum clamare deus
ut sanem et ut sanitatem conseruemus z multa
no Tercio quia sicut homo aliquis clamat
scilicet afacie ignis violencia furis ab impetu a
quarum et terrore hostium. In nobis quidem est
1 ignis concupiscentie. Job xxxi. Ignis est
usque ad consumpcionem devorans. Sed felix quem
dicere potest. Sap. li. In medio ignis non sum estu
atus. Tunc sicut ignem debet ad deum clamare.
Eccli. li. Ad te domine clamabo et ignis comedit.
speciosa deserti. Debemus a deo petere aquam lac
marum que sicut ignem extinguit. Eccli. iii.
2 Ignem ardentem extinguit aqua. In nobis
est fons s. oculi lacrimarum. Jere. ix. Tren.
iii. Oculus meus depredatus est animam me
am. Ideo deus ad deum clamare et petere
oculorum custodiam. Ys. xxi. Ad me clamat
ex seyr custos quid de nocte. Seyrus interpretatur
hyrcus. Oculi autem hyrci propter libidinem tor
tuose aspiciunt et ideo pertinet ille cuius
oculi sunt lascivi. Talis debet ad deum clamare
qui est custos in nocte voluptatum z temptacionum.
Sic clamabat propheta: Averte oculos meos
3 ne videant vanitatem. In nobis est fluctus aque multarum
tribulacionum. Ps. Salvum me fac deus quoniam intra
verunt aque usque ad animam meam zc. Et ideo debemus clamare
et dei consolacionem petere sicut clamaverunt disci
puli. Mt. viii. Domine salva nos perimus et sta
4 tim est facta tranquillitas magna. In nobis est continuum bellum.
Job vii. Militia est vita hominis super terram.
Ideo debemus ad deum clamare et auxilium
petere. Sicut clamabat Moyses cum dominus dicit
Exo. xiv. Quid clamas ad me et tunc deus
pharaonem cum suo exercitu in mari submersit.
Sic ad clamorem nostrum deus vincit dyabolus
et totus exercitus suus fugit. Sermo
Ihesu preceptor miserere mei. tertius
a Sicut dicit Bernardus Illi me secure committo
quem salvare me possit noverit et velit. Christus
enim potest salvare quia est virtus dei. Novit sal
vare quia est sapiencia dei et vult salvare quia
pro nobis se fecit sacrificium dei. Ista tria tan
guntur i. Cor. i. Predicamus Christum crucifixum
Iudeis quidem scandalum et gentibus stulticiam. Ipsis autem vocatis Iudeis atque
grecis predicamus Christum dei virtutem z dei sapi
enciam. Quia igitur isti leprosi scientes Christum habere po
tenciam sapienciam et voluntatem salvandi et
miserendi ipsum invocant et dicunt Ihesu
precep. mi mei. In quibus verbis vocat eum
salvatorem preceptorem et miseratorem. Sal
b vatorem quod nomen ihesus dicitur eum. Ihesus enim
salvator interpretatur. Ipse enim dupliciter nos salvat
scilicet a culpa et a pena. Sicut dicitur
in li. iii sentenciarum. Quatuor autem verbis modis
nos salvat sicut ibidem dicitur. Primo per
caritatem inflamantem. Sicut dicit Apostolus Ro. v.
Comendat deus suam caritatem in nobis
quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis
mortuus est. Exhibita igitur nobis caritate
dilectionis accendimur ad diligendum deum qui pro
nobis tanta fecit et ex hoc iustificamur
z a peccatis mundamur et ideo sicut dicit Augustinus Licet
fuit alius modus possibilis nostre redempcio
nis nullus tamen nostre sanande miserie fuit con
veniencior quam nullus alius magis nos
inflammasset sicut cum cogitamus quod dei
filius frater noster esse voluit et pro nobis mori
dignatus fuit. Secundo salvamur a peccato per fidem
iustificantem. Sicut dicit Apostolus Ro. iii. Quem
posuit propiciatorem per fidem in sanguine
ipsius i. per fidem passionis ipsius. Sicut
enim aspicientes ad serpentem eneum in palo
erectum sanabantur a morsibus serpentum
sic et aliquem intuitum vere fidei aspicientes
ad Christum in cruce exaltatum sanantur a peccatorum
morsibus peccatorum. Tercio sanamur a peccato per
satisfactionem et penam sufficientem. Pe
nam enim que pro nobis peccato debebatur ipse in
corpore suo sustinuit et sic nos absolvit
et suo livore sanati. i. Petri. ii. Peccata nostra
i. penam peccatorum ipse pertulit in corpore suo super
lignum ut peccatis mortui iusticie vivamus
cuius livore sanati sumus. Quarto Christus nos
sanat a dyabolo. Dyabolus enim hominem non detine
bat in vinculis peccatorum et ideo eo ipso quod
sumus a peccato salvati sumus a dyabolo liberati.
Augustinus. In Christo vincuntur visibiles potestates
ubi vincuntur invisibiles cupiditates. Fuso
enim sanguine sine culpa omnium delictorum cyro
grapha sunt deleta. Et quamvis dyabolus adhuc
nos temptet eis modis quibus ante tamen ideo
vincendo non potest sicut ante quia Christus fortem
passionem suam allegat i. potestatem eius
compescuit ut dicit Apostolus xii. Habebat enim duas
manus. Unam attrahentem per quam ea que sunt
ad inferos attrahebat et ista per mortem am
putabat et omnes sanctos deinceps ad se trahit
Jo. xii. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me.
Secundam impellentem per quam homines ad
peccatum impellebat z vincebat et istam per
mortem sic vulnerat z debilitat quod deinceps non
potest vincere nisi volentem. Abac. iii. Cornua
in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius. Ecce apparuit in
manibus dyaboli quod unam amputat et aliam
vulnerat. Quinto Christus nos salvat a pena i.
a morte temporali et hoc in generali resurrectione et a
morte eterna que erat in dimissione sua
tota. Ieronimus super Matheum. Una die integra
et duabus noctibus iacuit in sepulchro sed
innuendum quod lux vincte sue mortis destruxit

dupplicem mortem. In dampnatis autem mors
eterna non destruetur, sed semper vivificabitur
ut homo iterum moriatur. Psalmus. Sicut oves in
inferno positi sunt, mors depascet eos. Dicuntur
autem positi in inferno sicut oves, quia sicut
oves herbam comedunt et iterum renascitur
ut iterum comedatur, sic et mors vult
dampnatos occidere et tamen iterum reviviscunt
ut iterum occidantur. Et ideo dicitur mors depascet
eos. Vel dicuntur positi in inferno sicut oves, quia
oves pascuntur in uno prato, ducuntur a pastore
in aliud pratum, sic erit in inferno. Ibi enim
sunt scilicet duo prata, scilicet pratum frigoris et pratum
caloris. Postquam enim oves infernales pave-
rint in prato frigoris, pastor eorum scilicet dyabolus
ducet eos ad pratum caloris et sic alternati
erunt in perpetuum. Job xxiiii. Ad nimium ca-
lorem transeunt ab aquis nivium. Vel di-
cuntur positi in inferno sicut oves, quia sicut
bruta animalia distinguuntur per greges, quia
oves statim per se, capre per se, et boves
per se, sic et dampnati per diversos greges
distinguerentur. Nam superbi facient unum
gregem, luxuriosi alium, avari alium. Zach.
xii. Planget terra familie et familie seor-
sum. Vel dicuntur positi in inferno sicut oves,
quia sicut oves tondentur et sic actuose
ad pascua mittuntur, sic peccatores sicut oves
mittuntur lanatis attonsi et ad pascua infer-
nalia transmittentur. Psalmus. Cum interierit non
sumet omnia neque descendet cum eo gloria
eius. Vel dicuntur positi in inferno sicut
oves, quia sicut oves in calore stant com-
presse et una super aliam, in frigore autem
stant separate, sic et dampnati tunc erunt
in igne stabunt compressi et unus super alium
magis incendat. Cum vos eritis in frigore
stabunt separatim ut quilibet per se tremat.
Matthei viii. Ibi erit fletus et stridor dentium.
Secundo isti leprosi vocantur preceptores.
Ipse enim verus est dei preceptor, quia decem
precepta nobis dedit, que si aliquis transgreditur
tempus ut in ... vocare debemus. Unde
et isti leprosi signant illos qui precepta sua
transgressi. Sic et mundati signant eos qui
propter eorum observanciam se convertunt. Iste
decalogus preceptorum est illud psalterium
decacordum. Decimo de psalterio. In decacordo ps- psalterio
salterio psallam tibi. Et de hoc tractat Augustinus
in libro de decem cordis. Distinguit tres differencias:
quidam non istud psalterium portat sed in
eo non cantat, quia scilicet precepta dei contriti
servat. Portat non psalterium sed non cantat
in eo omnes qui habent fidem sed dilectionem non

habent, quia timore pene habent. Alii portant
et cantant, quia scilicet mandata dei servant
et ex amore servant. Licet enim sit labor in
portando, est tamen delectacio in cantando. Unde
illud Psalmus: Cantabiles mihi erant iustificationes tue.
Alii nec portant nec cantant sed proiciunt,
quia scilicet mandata dei nec ex amore nec ex timore
servant. Melius autem est. Unde dicit Augustinus:
psalterium portare et cantare quam tamen por-
tare. Rursus melius est portare et non
cantare quam proicere. Ideo melius est precepta
dei ex amore quam ex timore facere. Rursus
melius est ex timore facere quam nullo modo facere.
Propter et addi certa dona illorum scilicet qui non por-
tant sed cantant. Isti sunt qui dicunt sed
non faciunt. In psalterio quidem decacordo
cantant quia precepta dei aliis predicant
sed tamen non portant quia ea non servant.
Talibus dicitur Matthei xxiii. Alligant onera gravia
et importabilia et imponunt ea in humeros hominum, digito autem
suo nolunt ea movere. Tercio vocat eos impetratores
cum dicunt miserere nostri. Ad misericordiam autem
impendendam tria eum inclinant, scilicet sua af-
feccio precordialis, nostra devocio filialis et
nostra miseria generalis. Amor precordialis est
qui radicatur in corde, qui manifestatur in operis
exhibicione, qui ostenditur in adversitatis perpessione
et qui est cum perseverancia et consummacione.
Sermo Christi in passione ad nos affectionem
habuit precordialem. Ipse enim iuxta cor fuit
confossus ad innuendum quod amor eius in eius
corde est radicatus. Baruch. Nemo enim cla-
vis quod in vulneribus generasset, quia tu domine
suavis et mitis et multe misericordie. Ipse fuit in
manibus perforatus ad innuendum quod in beneficiis
liberalis et largus. Sicut enim vas perfo-
ratum nichil retinet, sic Christus sibi nichil re-
tinuit sed omnia nobis dedit, scilicet carnem
in refectionem, sanguinem in ablucionem, animam
in redempcionem et deitatem dat in fruicionem.
Ipse in pedibus fuit confixus ad innuendum quod
pondus peccatorum nostrorum portat. Ysaie liii. Vere
languores nostros ipse tulit et dolores ipse portavit.
Ipse eciam fuit in cruce totus extensus ad innuendum
quod amor quo nos dilexit usque in perpetuum
se extendit. Matthei ultimo. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummacionem seculi. Secundo inclinat ad
ad miserendum nostra devocio filialis. Jere. xxxi.
Si filius honorabilis Effraim, si puer deli-
catus, quia ex quo locutus sum de eo adhuc recor-
dabor eius. Ideo conturbata sunt viscera
mea super eum, miserans miserebor eius. Ut si
dicat dominus: Intima viscera mea super eum com-
moventur. Et si ... accrescit magnus
honor. Et ideo dicit: Si filius honorabilis ibidem.

f

g

h

ac si coco preueniat in magis utilitas. Et io dicitur
Effraym quasi incipere fertilitas. uel ac si esset
pupillus et in etate immaturus uel ac si esset
delicate nutritus et io dicitur Si puer delicatus
Et reuera sunt viri scilicet filii boni scilicet dei quia
in ipsis est imago dei quam in se ipsis honora
tum. Eccli. x. Fili in mansuetudine serua
animam tuam et da illi honorem secundum meritum eius
Sunt et utiles deo non racione dei sed racione
ipsorum. Crisostomus Sicut benefacientes non deo pre
stamus sed nobis. Deus autem gaudet non
de suo lucro sed de nostra salute. Sic peccan
tes non deo nocemus sed nobis. Deus autem
contristatur non de sua iniuria sed de nostra perdicione
Sunt etiam paruuli in dei cognicione et dilectione
quamdiu sunt in presenti vita. i. Cor. xiij. Cum
essem paruulus ut paruulus. Sunt et adeo deli
cate nutriti scilicet pane angelico i. scripto. Ps.
Panem angelorum manducauit homo. Tercio
deum inclinat ad impendendum tanta miseria qualis
Sunt tamen quidam qui nullam habent miseriam
et io non indigent misericordia scilicet beati in celestibus
nulla est miseria nec quantum ad corpus nec quantum
ad animam. Apoc. xxi. Absterget deus omnem
lacrimam ab oculis eorum etc. Aug. de ci. dei. Erit
in singulis inseparabilis uoluntas libera ab omni
malo liberata et impleta omni bono fru
ens indeficienter omni bono eternorum iocun
ditate gaudiorum oblectata culparum oblita
ut liberatori suo non sint ingrata. Alii sunt
qui omnem habent miseriam nec ullam possunt
recipere misericordiam scilicet dampnati. Corpus enim corpus
erit subiectum omni pene et miserie. Ysa. i.
A planta pedis usque ad uerticem non est in eo sa
nitas. Cor. enim anima erit plena omni angustia
quantum ad culpam preteritam. Sap. v. Dicentes
inter se penitenciam agentes et per angustiam spiritus gementes etc. Erit
plena omni dolore quantum ad penam presentem
Ysa. xiii. Torciones et dolores tenebunt etc.
Erit plena omni timore quantum ad penam fu
turam imaginatam et formidatam. Sap. xvii.
Timore perterriti illi qui non uidebantur
facie estimabant deteriora esse que uide
bant. Erit plena omni desperacione propter
ueniam denegatam. Ier. xv. Desperata est plaga
eius. Alii qui sunt nec omnes nec nullas sed
tamen habent aliquas miserias et io indigent
misericordia. Illi scilicet qui sunt in uia qui multas habent
miserias quantum ad corpus. Iob. Homo natus
de muliere breui uiuens tempore repletur multis mise
riis. Ideo cum fletu quia quasi flos egreditur
et conteritur. Ideo cum metu. Habet et multas
miserias in anima etc. Bern. Obnubilatur
intellectus errore memoria confunditur
multiplici obliuione uoluntas lacta multiplici
perturbacione. Dominica xv. sermo primus
Nemo potest duobus dominis seruire etc.
Mat. vi. Sicut dicit Aug. Deus hominem
fecit ut summum bonum intelligeret intelligendo
amaret amando possideret possidendo frueretur
Ideo xpc in isto ewangelio intendit nos ab amore
terrenorum retrahere et ad amorem celestium inducere
et hoc iiij^{or} modis. Primo dissuadendo diuiciarum
seruitutem cum dicit Nemo potest duo etc. Secundo
interdicendo nimiam sollicitudinem cum dicit Ideo di
co vobis ne solliciti sitis etc. Tercio ostendendo
que promittuntur cum dicit Nonne anima plus est
quam corpus etc. Quarto concludendo suam inten
cionem cum dicit Querite primum regnum dei etc.
Circa primum notandum quod nemo potest duobus
dominis seruire contraria precipientibus. Isti duo domini
sunt deus et diabolus uel deus et mundus uel deus
et caro. Primis duobus nemo potest seruire quia
deus precipit humilitatem Mat. xi. Discite a me
quia mitis sum et humilis corde. Diabolus superbiam
Iob xli. Ipse est rex super omnes filios super
bie. Greg. Euidentissimum signum reproborum est
superbia humilitas electorum. Cum ergo quem
quisque habeat cognoscitur sub quo rege militet
inuenitur. Secundis duobus nemo potest seruire quia
deus diligit pacem mundus dat tribulacionem Io.
xvi. In mundo pressuram habebitis in me autem pacem
Tertiis duobus nemo potest seruire quia deus
precipit puritatem caro appetit uoluptatem. Iste
sunt due leges. Ad Romanos vii. Video aliam
legem in membris meis repugnantem legi men
tis mee. Lex carnis est concupiscere carnalia
lex mentis est mundiciam desiderare. Gal. v.
Caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus
carnem. Sequitur Aut enim unum odio habebit
scilicet diabolum et alterum diliget scilicet deum. Aut unum
sustinebit scilicet diabolum non quod diliget. Aug. Neo
diabolum diligit sed sua cupiditate implicatus
subditur ei et deum non diligit. Sicut qui
ancille aliene coniunctus est propter concupiscenciam
patitur duram seruitutem et si non diligat eum
cuius ancillam diligit. Alium contempnet scilicet deum
non quidem odio habebit. Aug. Nullus contra
deum odisse potest. Hoc tamen Aug. postmodum
retractat. Ps. Superbia illorum qui te oderunt
ascendit semper. Sed sine dubio nullus deum odit
affectu et effectu nunc et diabolus inquantum scilicet est omnium
gubernator sed inquantum est eorum punitor. Sed
et latro odit iudicem non inquantum est homo sed
inquantum est iudex et tortor. Postquam dixit
in generali descendit ad speciale dicens Non po
testis deo seruire et mammone. Glosa. Mam
mona est nomen demonis qui preest diuiciis
non quod in eius dicione sed quod ipse utitur ad

decipiendo irretiendo laqueis diuiciarum. Non
dicit non ptis h're sed non p'tis finire. licite
n' h're possunt que bn' dispensantur. Quidam
enim eas diligunt contra deum sicut auari qui s't
ea sui deceptibus dicit glo'. diuic diuiciis deu
abnegare est Beda. Audiat hoc auarus
audiat damnis non posse ps in omnia Aug'
de honore diuites non r'nt spe et. Alii eas
diligunt sed infra deum sicut viri iusti qui
diligit breuis sunt dicit. Isti s't qui edificat
lignum fenum et stipula. Quorum sic plus ter
rena iusto uel minime uel minus diligent. Alii
eas diligit et timet propter deum ut s'm inde pau
peribus subueniat. Sicut fuit patriarche
tales sunt sicut Iohannes patriarcha al
lexandrinus qui in oratione sua dicebat. Vide
sit bone ihesu ego dispergendo et tu subm
inistrando videamus uincat. Boni diuites
meliores s't pauperibus de xv. Consuerat
uirtute quia pauper ille lazarus electus
est. quod in millesimo de opibus inc di
nes in fide et uolunt'te pauper in sola uo
luntate. Contra s'm notandum quod sunt inter
dixit superfluam curam mundanorum. Ideo
dico uobis ne solliciti sitis aie et. Duas
n' p'o sollicitat hominem ut queratur nec'ia
sicut deus uidetur homini iniunxisse. Gen iii.
In sudore uultus tui uesceris pane tuo.
Auaricie nec'arijs sollicitat ut querat sup
flua que sollicitudo dissuadetur. Philip
iii. Nichil solliciti sitis. Cass. Solliti
tudo desperationis est filia. Auaricie nec'arijs
et superfluis sollicitat ut querat nociua
per usuras s. et rapinas. Prou. i. Per
te omnes auari ad possidentem rapiunt
Principium igitur temptationis in auaricia de
me sollicitudo circa nec'aria. processus circa
superflua. Sed consummatio malicia circa nociua
Qui ergo student amputare temptationis
principium quod est nimia sollicitudo circa
nec'aria tunc dicitur. Solliciti sitis quid aie ure
et. Sed non ablato comestibile affectus ingressus
et finis cor n' non est sollicitus circa nec'aria
non erit circa superflua et nociua. Aug'
Vidimus dominum loculos habuisse Io xii. et apostoles
aplos uidit non ut ista inueniant et
propter ista faciant quod quod in euangelio promo
facere iubent. Et euangelium. Nolite solliciti
esse in crastinum. Aug' dicit de quibus ad apostol
ministrabat angeli uidit. Sed si quis hec
ista deo militet ut in opibus suis non queri
ti sed istorum acceptionem intueantur. Non
tandem tamen quod est quedam sollicitudo que
facit caritas. Ad cor. xii. Quid

preest in sollicitudine. Alia est que facit neces
tas. Tercia que facit cupiditas. Et hac dicit
dicit Beda. Datur panis sed labor exercendus
est sollicitudo tollenda. Amentes perturbat
dum timet ne aut possessa dispereant aut e
laborata non contingat. Prima preceptum est
permittit. Altera prohibet. Contra ecium penden
quod dicit prohibet hanc superfluam sollicitudinem
prolixius sollicitudinem creature rationalis. Res
ponit duo exempla. Unum tunc dicit Nonne aia
plus est quam esca et corpus plus quam uesti
mentum. Quasi dicit maiora i. corpus et aiam
dabit et minora i. uestes et escas. Et ponit hec
duo ea bona que deus homini dedit s. aiam
corpus et res. Anima autem debet subici suo
superiori i. deo sibi obediendo. et corpus suo
superiori i. aie sibi obtemperando. et res suis su
perioribus s. deo et pauperibus distribuant et aie
ut discrete diligant. et corpori ut e' nec'aria
ministrent. Sed istum ordinem auari peruertit
quia pauperibus nichil tribuunt. nec aie quia eas
minime diligunt. nec corpori quod illud fame af
ficiunt. Aliud exemplum quod ponit circa creaturam
rationalem est tunc dicit. Quis autem uestrum cogitans
potest adicere ad staturam suam cubitum unum
Glo'. Illi quorum regendi corporis curam relinquite
quia id adhuc nam fecit peruenire. Tangitur
autem hic in glo' magis uestimentum corpus nostrum erit
simile corpori Christi quantum ad eandem staturam. Et non
quod ista similitudo quo ad ea potest considerari uel
Christi ad eiusdem gloriae conformitate et sic impossibile
quod nulla gloria corporis potest adequari quia gloria
corporis Christi erit instar solis. gloria beate uirginis erit
instar lune. gloria ceterorum erit instar stellarum
i. Cor xv. Alia claritas solis i. Christi. Alia cla
ritas stellarum i. ceterorum sanctorum uel potest considerari quantum
ad eiusdem stature equalitatem et sic non erit ibi talis
similitudo. Aug' dicit. Quod dicimus ad dimi
corporis modum minorum maiorum quid corpori redigere
da prohibet. de multorum corporibus Christi minimi. Luc xxi
tunc ipse capillum periturum esse promittat. Vel potest
intelligi quantum ad eandem etatem et sic erit ibi tota
similitudo. Unde subdit Aug'. Restat ergo
ut unusquisque recipiat suam mensuram quam
habuit in iuuentute. Si senex est mortuus uel
fuit futurus si ante defunctus et io non est
dictus ab apostolo Ephe. iiii. In mensura stature
sed in mensuram etatis plenitudinis quia qua
resurgunt corpora mortuorum in iuuenili etate
ad quam Christum peruenisse cognouimus. hec Aug'.
Secundo hic ondit exemplo creature sensibilis tunc dicit
Respicite uolatilia celi et. Aug'. Quidam
dixerunt non debere hominem laborare sed diuine
prouidentie se committere. Sed sicut illi dicunt aut

Si adest temporis facultas debemus victum labo
rando acquirere / Alias si vellemus sicut vola
tilia vivere / hoc esset deum temptare / Debemus
nos crimine providentie committere / et tunc ille
nos pascit sicut aves / Et ponit exemplum in Pa
ulo et in Petro / Paulus quidem mortem
fugit / et tamen Christus Petrum [illegible] liberat
Paulus enim per humanum auxilium evadere pro
curat / et ideo si voluisset expectare divinum
hoc fuisset temptare deum / Petrus autem
carebat humano auxilio et ideo se committebat
divino / Tertio hoc ostendit exemplo creature vegeta
bilis cum dicit / Considerate lilia agri quomodo
et infra / Si autem fenum agri etc. / Ipso presenti
que pingit que picta texit et sic floribus opu
mus lilium quod induit veste candida / Ipse veste
purpurea viola veste iacinctina / fenum agri veste
viridi sicut et sol veste lucenti / Iudicum v° / Sicut
tus lumine sicut vestimento / Sic etiam nunc Christus
viros quosdam induit candore puritatis / quosdam
rubore caritatis / quosdam iacinctio celestis contem
plationis / quosdam virore virtutis / quosdam splen
dore honeste conversationis / Ultimo concludit suam
intentionem cum dicit / Querite ergo primum regnum dei
et iustitiam eius et hec omnia adicientur vobis / In iustitia
autem regnum celorum fit illa per quam ipsum regnum
acquiritur / Decimus fit dicit Augustinus venale habeo
dicit dominus / Est regnum celorum quod emitur paupertate
regnum dolore gaudium labore requies igno
minia gloria morte vita / Moneta quia emitur
regnum est paupertas / Matthei v° Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum / Moneta qua emitur gaudium dolor
et penitentia / Ibidem Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur i
e r te / Moneta qua emitur requies est labor
pene / Matthei xi Venite ad me omnes qui laboratis / Moneta
qua emitur gloria est ignominia et humilitas profunda
Matthei xviii Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intra
bitis in regnum celorum / Moneta qua emitur vita est mors
Matthei xvi assumpta / Matthei xi Regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud / Magna vim et viole
ntiam quibus est facit / qui propter regnum celorum inter
suam contempnit / Secundo autem dicit hec omnia adicientur
vobis / Non est intelligendum sicut dicit Augustinus in sermone de
adiciantur / Sicut apostolus de se dicat ii Cor. xi
Infame et siti in frigore et nuditate / Sed alii
dant alii subtrahant / Est enim deus alii appo
nendus alii subtrahendus / Et cui quando apponit
sed conscientiarum actionem cui subtrahit sicut ad placitum

Nemo potest duobus dominis Sermo secundus
servire / Sermone b. Augustini Triplex est via
bonum scilicet valde bonum sicut sunt viri perfecti / Sed
quidam valde mali sicut sunt peccatores et impii
Sed quidam sunt mediocriter mali sicut sunt
negligentes et tepidi qui volunt diligere

deum et mundum / Ista tamen triplex homines dominus distribuit
in ipsius evangelio / Primo enim distribuit mediocres
bonos cum dicit Nemo potest duobus dominis servire
Isti duo deus scilicet mundus et deus qui insimul
diligi non possunt / Sicut sunt parabola [illegible]
ostendit / Augustinus omni sermone v° in vase [illegible]
Si habet nunc amor mundi non est possibile
quod intret amor dei / Vas es sed plenus es
funde quod habes ut recipias quod non habes
funde amorem seculi ut impleatis amore dei / De
hoc eodem sic dicit idem in libro omelie omelia xx
viii / Est amor utilis et amor noxius / A
mor amore impenditur amor noxius secedat
amor utilis succedat / Plena sunt homines a
more huius seculi fundant et capiat ut
intret mel / Unde accedit non fudisti / Idem
etiam sermone v° hoc ostendit exemplo manus dicens / Non
potest quis amare deum cum est in subtrahat
amare quod temporale est id est Amore hominis sic
putare est manum aie / Si aliquid tenet
tene aliud non potest / ut autem possit tenere
quod datur dimittat quod tenet / Qui enim
amat seculum deum amare non potest occupa
tam habet manum dicit illi deus tene quod
do non vult dimittere quod tenebat non
potest accipere quod offertur / Si tamen alicui iniquitate
impeditus possideat non possideat teneat
non teneat / Dominus sit rei sue non servus
avaritie sue / Crisostomus in tractatu de
vii abusionibus seculi ostendit hoc exemplo oculorum
dicens / Mundi amor et dei pariter in uno corde
habitare non possunt / quemadmodum oculi te
rram pariter et celum nequaquam conspiciunt / Cassio
dorus dicit ostendit per naturam celestium et terreno
rum / Celestia et spiritualia bona sunt et natura
lia sursum tendentia / terrena ponderosa sunt
et deorsum tendentia / Si spiritualia tenuerit
sursum te ducent / Si terrena deorsum te
deponent / De hoc etiam dicit quidam glossa super
hunc locum / Res inest terrena vel deus sed
in corde hominis ducitur ad contraria homo
utrumque trahitur / Nam deus trahit ad su
periora et superna / res vero terrena trahit
ad inferiora / Rabanus super Matthei Luce ostendit
exemplo vasis dicens / Dilecto dei non recipit fir
mitatem / Nam quantum dilectionis in infimis ex
penderis hoc tantum minus alto deficiet
Sicut enim in vase aliquo pleno licore
inclusum emanet foras intus [illegible]
et plenitudini derogare / Sic et anima in
[illegible] emanat abrupte dilectione ad
illicita intus minime utique et ad eos potest
autem servire deo et divitiis hic sed non

ab fine. Quia tunc diuiciarum finis esset et aua
ricia duraret eadem. Unde dicitur Amos ix. Aua
ricia in capite omnium. Auaricia enim alijs occu
pat manum quia cum quis sepe vult accipere et
non dare. Eccli. iiij. Non sit porrecta manus
tua ad accipiendum sed ad dandum collecta.
Alijs detrahens vult loqui et tractare. Jo-
hannis [illegible] dextram et dextra loquitur. Alijs oculos
iuxta illud Psalmi. Oculos suos statuerunt
declinare in terram. Talem auaricia caecat
sed cum ascendit super caput et dura
efficit. In fine autem dei auaricia non oc
cupat caput quia eis non dominatur nec os quia
detractionis non loquuntur nec oculos quia de
[illegible] non delectantur nec manus quia pau
peribus liberaliter largiuntur. Sciunt enim quod
bona temporalia non sunt propria sed accomoda-
ta, non eterna sed transitoria, non sunt pre
ciosa sed vilia. Elemosina autem facit ut
sint propria. Petrus Rauennas. Da pauperi et quod
dederis tu habebis. Quod non das pauperi non dederis
alius habebit. Facit ut sint eterna. Ambrosius.
Hereditas in tuto ponitur que deo servatur
custode. Facit ut sint preciosa quia pluribus
et accipit usurarum. Secundo describit valde
bonos et hoc ex volatilium et liliorum.
Per volatilia enim sancti viri intelliguntur ex
eo quod corde in celis morantur. Philipp. iii.
Nostra conversatio in celis est. Primum enim est
quia volatilibus habitare in terra iuxta illud Pro
verbiorum. Formido et fouea et laqueus
super te qui habitator es terre. Ainsi enim quis
habitat in terra aut ex formidine ne ca
piatur aut cadit in foueam decipulum quod
preparatur aut laqueis irretitur. In for
midine sunt auari. Job xv. Sonitus ter-
roris est semper in auribus eius. Et cum in fouea
cadit luxuriosi. Proverbiorum xxiii. Fouea
profunda est meretrix etc. Laqueis irre
tiuntur superbi quos demones in terra ab
scondunt. Psalmi. In via hac qua ambulabam ab
sconderunt laqueum mihi. Et subdit Ysaias. Et erit omnis
qui fugit a facie formidinis cadet in
foueam et qui se explicuit de fouea te
nebitur laqueo. Quod sepe fit quia non
quis non desinunt ardentes auaricie (?)
transferunt se ad amandum carnalia et
cum sublimigauit auaricias et contemptum
mundi offerunt in superbiam. Intelliguntur
etiam sancti viri per lilia. Nam lilium
quod se est candidum, intus aureum, intus
intus et [illegible] odoriferum. Sic sancti viri in cor-

sunt candidi per puritatem in corde, aurei per caritatem in
conscientia et in vita per sanctitatem per castitatem (?)
quia eorum conscientia est odorifera deo et vita proxi-
Cant. v. Dilectus meus candidus et rubicundus
electus ex millibus per vite et conscientie sanctitatem
ipse enim de mille vix unus invenitur qui habeat
duplicem habeat sanctitatem. Trenorum iiii. Candidiores
nive nitidiores lacte rubicundiores ebore
antiquo pulchriores saphiro. Sunt enim can
didi et nitidi in corpore rubicundi in mente
fulgidi in conscientia et conversatione. Tercio
dominus describit valde malos cum dicit. Si autem
fenum quod hodie est et cras in clibanum mitti-
tur. Per fenum reprobi intelliguntur qui licet fuerunt
aridi in fide et bono opere et postmodum
mittentur in clibanum infernalem per combustionem.
Quo autem pro tot dampnatorum possit comburi
et non consumi ostendit Augustinus de ci. dei multiplici
exemplo. Primo exemplo vermium dicens. Non nullum
genus vermium in aquarum calidarum scaturigine
reperitur quarum feruorem impune nemo contractat.
Illi autem sola ibi sunt sine ulla lesione sed
etiam non possunt extra vivere. Secundo exemplo montium
de [illegible] notissimi montes Sicilie qui
in tanta temporis vetustate usque nunc flammis
estuant et integri perseverant. Sunt idonei
testes sed non omne quod ardet consumitur. Tercio
exemplo carbonum qui igne opere sunt facti sunt
incorruptibiles ut in terra humida durent. Dum
cicent ligna putrescent consumi non possunt. Quar-
to exemplo pauonis cuius carnes non dedit tar[illegible]
in pavonis mortui carnem ne putresceret
et narrat ibi quod semel cum hec carnes cocta
fuisset et ablata de pectore [illegible] usque ad an
num servari fecit et nullam lesionem incurrit
nisi quod aliquantulum corpulentie siccioris et contrac
tionis fuit. Quinto exemplo salamandre dicens.
Dicunt qui scripserunt de natura animalium curiosius
indagaverunt salamandra in ignibus
vivit. Denique etiam pellibus sunt corrigie per
tote que cum vetustate corrupte si ponantur
in ignem ex veteribus fiunt noue. Ultimo ostendit
dominus omnes scilicet valde bonos et valde malos
et mediocriter bonos et malos cum concludit.
Querite primum regnum dei etc. In hoc quod dicit primum
dat intelligere quod primo et principaliter spiritualia po
stremo temporalia sunt querenda. Sed istud ordinem
peruertunt auari. Contra quos dicit Augustinus in li. de [illegible]
Usque adeo cecitas mentis homines occupauit
ut omnia bona velit habere preter seipsum. Vil
lam habere bona, uxorem bona, domum bonam
quod etiam per sinistra (?). Caligam non vult
habere malam et vis habere vitam malam.

prauitatem in

rubicundus per caritatem

3o

F

de salamandra

Ult

5

Aliquid nocet et plus mala caliga quam mala
vita. Tamen non mala caliga quantum vita nocuerit.
Calceus distractas te abiciens abicias aut ut
corrigia aut mutas, quanta igitur vita nequam
das animam. Deinde subdit. Sed plane inde
unde falleris. Caliga nocens dolorem facit
vita nocens voluptatem. Istud nocet. Istud
libet. Sed quod ad tempus libet postea penitus
dolet. Quod autem ad tempus salubriter dolet postea
in infinita voluptate et habundanti gaudio le
tificat. Ergo id. Tamen formare in late in gaudio
metet. Per hoc autem quod dicit subdit. Et hec
omnia adicientur vobis. Dat intelligere quod bona
temporalia debemus amare sicut accidentia. Acci
dens autem est quod adest et abest preter subiecti
corruptionem. Verum quia dii diligunt temporalia
ut accidentia. Ea si assunt non corrumpuntur
cor animi per superbiam. Si desunt non corrumpuntur
per impaciam. Talis erat qui dicebat Philipp.
iiii. Scio humiliari et habundare ubique et in
omnibus institutus sum et saciari et esurire et
habundare et penuriam pati. Avari autem
diligunt divicias et terrena tanquam substancialia
quia si assunt corrumpuntur per superbiam. Unde
Augustinus. Radix diviciarum est superbia. Si
desunt frangunt per impaciam. Eccli. v. Divitie
conservate in malum domini sui pereunt in afflic
tione pessima etc. **Sermo tercius de eodem**

Scit enim pater vester quia omnibus hiis indi
getis etc. Magna nobis de deo in
debet esse fiducia quia in ipso est benivolencia
Pater vester dicitur. Est enim futurorum prescius
dicitur. Scit enim. Primus in nobis sit magna
indigencia per quod dicitur quia omnibus hiis indigetis.

a Contra primum notandum quod magna dei benivolencia
in hoc exprimitur quod pater noster vocatur. Deut. xxxii.
Nonne ipse est pater tuus qui possedit et fecit
et creavit te. Ipse enim nos fecit quantum ad cor
pus creavit quantum ad animam et possedit nos de
quantum ad res. Sed ad exemplum corporis ipsum expol
liant luxuriosi, ad exemplum anime superbi, ad modum
rerum avari. Ista sunt tria que de domo Salomonis
homines de domo expellunt scilicet fumus, mala
uxor, et stillicidium. Ista exemplo spirituali intelligi
tur expellunt. Fumus superbie que in altum
ascendit sed cito evanescit. Mala uxor
carnales concupiscentie et stillicidium avaricie

b homines sollicitudinibus inquietat. Contra
primum scilicet dei presciam futurorum quia nichil timeas de ma
xime in miseriis consurgunt. Unde quia presciencia
dei falli non possit. Si prescit aliquem dampna
ri et ad dampnari et ideo nichil potest agere
bonum et nichil obest facere malum. Tamen est
quidam error nec nasci permittit quos neque

esse dampnandos. Ad ista autem tribus modis
videri potest. Primus modus et maxime sufficiens
confitendo. Ut enim philosophus. Sic intellectus noster
habet se ad manifesta nature sicut oculus noctue
ad solem. Intellectus non cognoscit vera debilis est quod
ulterius philosophus vincens naturam unius musce perfecte
cognoscere potest. Unde legitur quod unus philosophus multis
annis in solitudine stetit ut naturam apium
posset cognoscere nec tamen valuit. Si igitur intellectus
meus non sufficit cognoscere manifesta nature
quomodo intelligere poterit occulta sapientie divine.
Unde narrat Tullius de natura deorum. Quod cum
rex quesivisset a quodam philosopho quid esset deus
ad videndum terminum postulavit. Cum vero tunc dies
dedisset, cum eo iterum terminum peteret terminum dierum
duplicem terminum accepit, illo expleto adhuc
maiorem terminum requisivit. Cum vero ut in
deo me deludere non faciat sue. Sed de ea
tam immensa quod quanto plus de eo cogito
tanto plus in eo deficio et quid dicam non
invenio. Secundus modus videndi est quesi
tionibus refellendo et istum modum tradit magister
Hermes adhuc. Ut xxxi. Cum aut philosophi
ipsum interrogantibus. Interrogo et ego vos unum
sermonem etc. Talibus igitur curiosis per questionem
questio est reddenda ut dicit non potest vide
re summa et manifesta, desinat investigare
profunda. Tercius autem minime et manifeste
aliqua exempla proponamus que Augustinus
in libro de civitate dei adducit. Primo quid quod cum
tria sunt lucidissima scilicet oleum, argentum
et ignis et nichil habeant in se nigredinis
et nichil dat quod non habet, quid est quod oleum
lucidum maculas nigras effundit. Argentum
candidum lineas nigras tingit et ignis
fulgidus ligna et paleas nigras facit
et omnia que lambit proxima reddit.
Secundo querit quid est quod palee tante sunt calide
quod poma cruda et immatura maturant
et tante frigide quod nives in media estate
conservant ne fluant, cum tamen calide et frigide
sint omnino contraria et duo contraria in eodem
subiecto esse non possunt. Tercio querit de
quadam ficu egipciaca, que si proiciatur
in aquam mox fundum petit, ubi cum madefacta
facta et aqua repleta ad superficiem redit.
Quarto querit de calce in qua ignis latens
continetur et cum naturaliter aqua ignem extinguit
et oleum nutrit, tamen si quis aquam in calcem
infundat mox ignis latens flare incipit
et si oleum adhibeat mox illa ignem
extinguit. Quinto querit de adamante quem
nullo ferro frangitur, nullo igne consumitur et
tamen hircino sanguine frangi perhibetur.
Sexto querit etiam quod in Ethiopia est quedam

thalamita que ferrum non attrahit sed repellit
et quedam alia que in uno angulo ferrum attrahit
et in alio repellit. Sexta quedam de duobus
fontibus quorum unus est in egypto in quo
faces extinguuntur accense et reaccenduntur
extincte. Alius est apud garamantes
qui in nocte est tam calidus ut non tangatur
et in die est tam frigidus ut non bibatur.
Ubi flumina que mira et stupenda apparent
dicitur quod esse lapillus modicus ad modum
sagitte figuratus et in medio instituto depi
gnatur. hic aurum et argentum in marsubio
lanceo vel instinio liquefacit et nichil sin
dum et stimulum non ledit. Multa alia stupe
da facit. Si igitur homines causas istorum et
similium nesciunt causam reddere desinant
celestia indagare. Certius modo tri
dendum est rationibus et exemplis vitatis
astruendo. Primum igitur quod si divina prescien
tia necessitatem infert ostendit Boethius v° de
et 90° Ratio eius est quia deus quedam
futura deitatate ut solem oriri et quedam
ex libera voluntate sicut hominem currere vel ad
opera. Et ideo sol necessario oritur quod deus sic
preordinavit. Alia ista que sic ex natura operantur
te venta sunt determinate que vero ex libere
operante venta sunt libere quod deus sic vere
instituit et prescivit. Exemplum autem tale ponit.
Si alicubi aliquod [illegible] ponit homo
paratus ad ambulandum. Alius autem homo
ibi sit super altam speculam prescius futurorum
qui monet eum ne per viam sinistram
incedat sed aut per dextram aut saltem
per mediam vadat et ille contempnens si
nistram teneat et in latrones incidat
non fuit culpa speculatoris quia hic prescivit
et premonuit quia eum amonuit sed illius
qui contempsit. Sic ergo dici quod via dextera
est prima que ducit ad celum. Via sinistra
est peccatum quod ducit ad tartarum. Via me
dia est pena impiorum que ducit ad pur
gatorium. Deus igitur scit quia viam quilibet
est iturus et monet ne per viam sinistram
incedat sed aut per dextram aut saltem
per mediam vadat. Si quis tamen viam sinistram
eligit et ad tartarum descendit non deo
videnti et amonenti sed contempnenti impu
tare debet. Preterea quod voluntas medi
cinas recipit tamen deus sciat quod immoritur
et quod astrologus pluviam scit et vindemiam tollit
sciens deus scit quos fructus debeat
producere. Sed si voluntas medicinam contempserit
morte moritur. Si astrologus pluviam vel vindemiam
non tollit [illegible] habet quod deus sic scit futurum
sic

esse instituit et prescivit. Ad secundum scilicet quare
sic creat vel nasci permittit quos dampnandos
esse cognoscit dicit apostolus Ro ix An non
habet potestatem figulus ex eadem massa facere
aliquod vas in honorem aliud in contumeliam
ut dicit Augustinus Deo non utitur in honore 1
ne sic [illegible] se estimet et necessario utitur
in contumeliam ut iudicium in ea super exaltet
et [illegible] ne dampnatus pro debito de supplicio
iuste conqueratur et liberatus [illegible] superbe de meri
to glorietur. Augustinus in enchiridion ad lauren
tium dicit. Deus tamen summe
bonus non sineret aliquid mali esse in operibus
suis nisi adeo esset omnipotens quod de malis posset
bona elicere. Unde maior bona maiora de malis
hominibus deus elicit. Primo quod de colore bonum me
liora apparent sicut et albus iuxta nigrum
magis relucet. Augustinus [illegible] Illud quod est malum
dicitur bene ordinatum et suo loco positum eminen
tius commendat bonum ut magis placeat
et laudabiliora fiant dum comparantur malis.
Secundo quod per hoc dei iusticia commendatur. Cum enim
universe vie domini sint misericordia et veritas. Si omnes
gratia sua salvaret non appareret eius iusti 2
tia. Et si omnes ex iusticia dampnaret non
appareret eius misericordia. Deinde si modo omnibus ma
lefactoribus parceret non apparet iusticia et si vero
nulli parceret non appareret [illegible]. Tertio quia
per malos boni coronantur et maior eis corona 3
paratur. Si enim mali non fuissent nec [illegible]
fuisset occisus et sic homo non fuisset redemp
tus nec Stephanus fuisset lapidatus nec
aliquis sanctus fuisset coronatus martirio. Ecclesiasticus
quod lima ferro et fornax auro et flagella
grano hoc facit tribulatio iusto viro. Quarto
quia de malis sepe sunt multi sancti generati. Sicut 4
de ysaac malo natus est sanctus Iob. De achaz
malo Ezechias bonus. De amon malo Josias
sanctus. De hereticis Petrus martyr egregius. Sicut de spi
nis nascitur rosa sed spina pungens per
ditur rosa nascitur. Sicut et inter duas
spinas ut in cantica principiat rosas.
Tertio ponitur in indigencia tua domine quia
sibi omnibus indigeretur. Quorum debet intelligi 5
quod non debemus temporalia querere ad affluenciam
sed ad sublevandam indigenciam aut in nobis
aut in aliis. Contra hoc faciunt gulosi qui non
respiciunt ad necessitatem sed ad voluptatem
cum eis dicat Seneca Palatum tuum fames excitet
non sapores. Legitur quod Dario fugienti
a facie Alexandri et magis siti oppresso aqua
turbida et cadaveribus inquinata est ad bibendum oblata

quam bibens dixit se nunquam bibisse iocundius
Contra hoc faciunt avari qui aliorum indigenti
as nolunt supplere sed omnia retinent. Contra
aquila et leo predam soli non comedunt sed
avibus et bestiis a longe sequentibus partem reli
quunt. Dum Allexander per quandam silvam
pergeret et ipse cum exercitu fere siti deficeret et
cyphus aque ei oblatus fuisset coram aqua
effundi mandavit. Noluit enim bibere postquam
suis militibus hoc non poterat communicare.
Contra hoc eciam faciunt superbi qui nullo se re
putant indigere et tamen omnibus indigent. Super
bia enim omnia bona corrodit et folia bonorum
librorum et flores bonarum voluntatum et fructus
bonorum operum. Unde illud Eccli vi Non te ex
tollas in cogitacione anime tue velud thau
rus ne forte elidatur virtus tua per stultitiam
et folia tua comedat et fructus tuos perdat
et relinquaris velud lignum aridum in heremo. Et

Do xvi pa Trin

Ibat Ihesus in civitatem que vocatur **Dominica xvi**
naim et infra et ecce defunctus **Sermo primus**
efferebatur etc. Iste filius vidue defunctus
erat et ad monumentum portabatur et iam
de portam elatus erat et mater vidua eum
flebat. Per istum igitur defunctum peccator signi
ficatur. Quinque per ordinem sunt vitanda. Primo quod
peccator per mortuum intelligitur. Secundo quod in monumento
in quo includitur. Tercio qui sunt portatores
a quibus portatur. Quarto que est vidua que
a. 1m defletur. Circa primum notandum quod peccator per mor
tuum intelligitur ex eo quod ad instar mortui est
frigidus ponderosus et fetidus. Frigiditas au
tem causatur in eo a tribus. Primo a frequenti suggestio
ne dyaboli. Eccli xliii Frigidus
ventus aquilo flavit et congelavit cristallus
ab aqua. Iste ventus aquilonaris est tempta
cio illius qui dixit Ys. xiiii Sedebo in lateri
bus aquilonis. Hoc cum temptacione frigidatur
anima que erat cristallus infusa ad ymaginem
que est creata tota efficitur gelida. Secundo
causatur a frequenti usu peccati. Peccatum enim dicitur frigidum
est enim sicut venenum serpentis infernalis quod pre
sui frigiditate extinguit calorem cordis de
frigiditate peccati Jer. vi Sicut frigidam facit
cisterna aquam suam sic frigidam fecit maliciam
b. suam. Tercio causatur ab extinctione ignis di
vini. Amor enim dei ignis est Luc. xii Ignem
veni mittere in terram etc. Istum ignem potius
ventus aquilonaris extinguit et eo animam
frigidam relinquit. Cant. Cum non habet illum
ignem de quo dicit Dominus Ignem veni mittere in
terram etc. In hyeme est ergo sic fuit in me
dia estate. Sicut autem frigus porcus he

constringit nec aliquod germinare permittit. Sic fri
gus in anima generatum sive a frequenti suggesti
one dyaboli sive a frequenti usu peccati sive ab
extinctione ignis divini sic omnes bonas
affectiones constringit quod nullum bonum propositum
nullum bonum opus animam producere sinit. Unde
de hoc monet nos Dominus Mt xxiiii Orate
ne fiat etc. Ideo dicitur Eccli xliii Gelu sicut
salem effundet super terram id est effundi permit
tam. Tale enim gelu habet naturam salis quia
animam que prius erat fructifera sterilem facit
Ps. Terram fructiferam in salsuginem etc.
¶ Secundo peccator est ponderosus. Peccatum enim dicitur
ponderosum cum quia unum ad aliud trahit
Gregorius Peccatum quod per penitenciam non diluitur
mox suo pondere ad aliud trahit. Ys. xxxiiii
Pilosus clamabit alter ad alterum. Glosa
peccata malicia precedencia vocant cum anima
deum fatigat et premunt. Ys. xliii Servire
me fecisti in peccatis tuis prebuisti mihi labo
rem in iniquitatibus tuis. Cum anima subito
ad infernum descendit. Job xxi In puncto ad
inferna descendunt. Si omnes montes essent
plumbei et super aliquem nostrum caderent ipsum
ad inferna non traherent. Et tamen peccatum sic est
ponderosum quod in momento illud traxit
nobilissimum spiritum Luc. x Videbam sathanam
sicut fulgur de celo cadentem. Tercio peccator
est fetidus. Est enim cor eius sicut latrina
in qua porci infernales delectabiliter volutantur.
Unde demones non petierunt mitti in
columbas que habent simplicitatem nec
in agnos sive oves que habent innocen
ciam nec in turtures que diligunt casti
tatem sed in porcos qui amant immundiciam.
Demones enim non habitant in corde sim
plicium nec puritatem amancium sed in cor
dibus superborum raptorum et immundorum. Job
xl Sub umbra dormit id est in corde rap
toris vel avari quia ipse divicie fugiunt
sicut umbre. In secreto thalami id est in
corde superbi qui exterius videtur nitidus
sed intus est vacuus et in locis humen
tibus id est in cordibus luxuriosorum qui super
natare volunt in aquis sordidis deli
ciarum ¶ Secundo videndum est quid sit mo
numentum in quo peccator concluditur. Ad quod
notandum quod sicut dicit Augustinus dicit triplex
est mors. Una est mors corporis que fit
cum ipsum deserit anima et ista est mors nature.
Alia est mors anime que fit cum ipsam
deserit deus et ista est mors culpe.
Tercia est mors utriusque scilicet corporis

et aie que fit cum non aia vivificat corpus
nec deus vivificat aiam et ista est mors
vehemens ¶ Iuxta hanc triplicem mortem triplex
est monimentum ¶ Primum est marmale in quo se
pellitur corpus mortuum ps sepulchrum
eorum denique ibi met ¶ Et de monimentum s. Aug.
est monens mentem quia proficit quibus
amonet ut mortale se cognoscat Eccl.
xxxviii Memor esto iudicii mei sic non erit
et tuum ¶ Secundum est corporale ipsum scilicet
corpus in quo aia iacet sepulta eorum quibus
indicatur a foris speciosum intus tamen plenum
est spurcicijs pravorum Mt. xxiii Ve vobis scribe
et pharisei ypocrite qui similes estis sepulcris
dealbatis qui a foris apparent hominibus specio-
sa intus autem plena sunt ossibus mortuorum
et omni spurcicia ps sepulchrum patens est guttur
¶ Tercium monimentum est infernale in quo sepelitur
corpus et aia que ambo sunt mortua
morte eterna Luc. xvi Mortuus est autem
dives et sepultus est in inferno ¶ Tercio videndum est
qui sunt portatores Et sicut est triplex
mors et triplex monimentum Sic etiam isti por-
tatores tripliciter distinguntur Nam por-
tatores corporis mortui ad sepulchrum
iste sunt quatuor elementa ex quibus corpus
est compositum que tamdiu ad invicem pu-
gnant donec dissolutionem in corpore inducat
Ubi tamen deus multum posuit de terra et parum
de ceteris elementis Elementum n(am) aque
apparet in humoribus et sanguinibus Elementum
aeris in respiratione flatus Elementum
ignis in calore naturali Elementum terre in
carne nervis et ossibus Et sic patet quod multo
plus ibi posuit de elemento terre quam
ceterorum Si non ibi multum posuisset de
igne homo fuisset nimis iracundus
vel avarus Si multum de aere fuisset
nimis superbus Si multum de aqua fuisset
nimis libidinosus Sed multum posuit
ibi de terra que est elementum infimum ut
homo non superbiat sed in humilitate consistat
¶ Portitores aie mortue ad monimentum
corporale sunt iiiior que in peccato aiam per-
severare faciunt ¶ Primus est fiducia
longioris vite que tamen sepe hominem
decipit Unde dicitur Ysa. xxxviii Dum ad
huc ordirer succidit me Luc. xii
¶ Secundus est confidencia in spe aliene Eccl. xx-
xii Peccator non devitabit correctionem
id est non vult corrigi et secundum voluntatem suam

inveniet comparacionem ¶ Tercius est fiducia
clemencie qua aliquis concipit de magna
dei misericordia Eccl. v Ne dicas miseracio dei ma-
gna multitudinis peccatorum meorum miserebitur
¶ Quartus adulacio blanda Ysa. iii Popule
meus qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt
Portatores corporis et aie ad sepulchrum
infernale sicut dicit Ambrosius super Lucam sunt iiiior spiritua-
lia elementa Quidam n(am) illuc portantur
a terra per appetitum terrenorum sicut avari
Alii ab aqua per appetitum deliciarum sicut lu-
xuriosi Alii ab aere per appetitum ambicionis
sicut superbi Alii ab igne per iram et odium
sicut iracundi ¶ Quarto videndum est que
sit porta contra quam mortuus egreditur
quintuplex est sicut glosa dicit de v sensibus cor-
poris nam qui videt mulierem ad concupiscendum
mortuus extrahitur per portam visus Ier. ix As-
cendit mors per fenestram Qui autem
detractionibus et linguis litigiis accomodat
extrahitur mortuus per portam auditus et oris
et ideo ad istas portas sunt custodie adhi-
bende Nam ad portam visus ponenda est
pactio mutua Debet n(am) cor et oculos
ad invicem pactum facere ut sic cor non inducat
oculum ad aliqua illicita et quod oculus
non renunciabit cordi aliqua vana Iob
xxxi Pepigi fedus cum oculis meis ut non
cogitarem quidem de virgine ¶ Ad portam auditus
ponenda sepis spinea id est reprehensio dura
Eccl. xxviii Sepi aures tuas spinis et
noli audire linguam nequam Eccl. xxv Ventus
aquilo dissipat pluvias et facies tristis
linguam detrahentem Jo. ad Rusticum monachum
Sicut sagitta si mittitur contra duram materiam
non numquam revertens mittentem et vulnerat
vulnerantem ita detractor cum tristem faciem
viderit audientis illud conticescit pallet
vultus herent labia saliva siccatur istas
tales spinas et plures alias apponebant
Antigenes n(am) cuidam referenti quedam mala
ab amico dicto prolata ait dubium est
an amicus hoc dixit certum est quod tu male
dixisti meis auribus cuidam dicenti Ille de te
mala hoc dixit Dixit non me hoc dixit sed
de illo qui in se hoc hic cognoscit ¶ Ad por-
tam oris ponendum est hostium ut cum ex-
pediat aperiatur et cum non expedit
clausum teneatur ¶ Ponenda est statera
ut verba ponderata proferantur ¶ Ponendum est firmum

et assessor eius ligna vegetatur. Ista doctrina
traditur Eccl. xxviii. Cum tuo facito hostia
et ubi erit tuis facito stateram et frenos ori tuo
rectos. Secundo videndum est quomodo sit ista vidua a
qua mortuus defletur. Dicit glossa Ista vi-
dua est ecclesia que sponsi sui privata vidua-
ta filios suos plorat quos ad mortem re-
spicit. Mat. ii. Rachel plorans filios suos. Sic
plorabat Paulus dicens Galat. iiii. Filioli
mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.
Notandum autem quod tres planctus fiunt mortuos
secundum quod eveniunt. Unus fit dum adhuc mortuus
est in domo. Alius dum effertur extra domum. Ter-
tius dum defertur ad tumulum et sepelitur. Primo mor-
tuus est in domo cum peccatum est adhuc in ani-
ma. Defertur extra domum cum procedit in ac-
tum. Tunc sepelitur cum mole terre vel consuetu-
dinis premitur. Flendus est igitur peccator qui
est in peccato male voluntatis. Flendus est
qui procedit in actum pravum operis. Flendus
est qui est in peccato consuetudinis. Iste tres
sunt peccatorum et isti tres planctus signantur per
tres mortuos quos Christus suscitavit. In
quibus omnibus fuit planctus. Suscitavit enim
puellam in domo et signat peccatum in corde et
ibi fuit planctus. Unde dicit Mat. ix. Vidit
tumultum et flentes et eiulantes multum etc.
Suscitavit adolescentem portatum extra domum
ut legitur Luc. vii. et signat peccatum quod processit in
actum. Et sic similiter fletus quia vidua flebat.
Suscitavit etiam Lazarum sepultum et fetidum
et signat peccatum consuetudinis et ibi fuit magnus
fletus. Nam flevit Martha. Flevit Magdalena.
Flevit Iudei. Flevit et Christus. Et ideo isti tales
maiori fletu indigent quam primi vel secundi.
Demones autem contra peccatorem mortuum
faciunt tres non planctus sed plausus.
Faciunt enim plausum magnum cum peccat in cor-
de id est in anima sua. Maiorem cum procedit in
actum. Maximum cum per consuetudinem sepelitur.
Tren. ii. Plauserunt super te omnes ini-
mici tui. Hoc pertinet ad planctum peccato
cordis. Sibilaverunt et fremuerunt dentibus.
Hoc pertinet ad plausum peccato operis. Et dixerunt
devorabimus. En similiter est dies quam expecta-
bamus invenimus vidimus. Hoc pertinet ad plau-
sum peccato consuetudinis. **Sermo secundus**

Adolescens tibi dico surge etc. Dicunt per
istum defunctum signatur misera conditio. Sic
per ipsum suscitatum intelligitur salutifera penitentie
conversio. Cuius suscitationis et conversionis causa
sunt inductiva quedam effectiva quedam consum-
mativa et quedam conservativa. Inductiva autem sunt

duo scilicet compassio vidue et prudentia turbe.
Primum quod Christum induxit ad istum resu-
scitandum fuit compassio vidue. Unde dicit Et quod
eam vidisset dominus misericordia motus etc. Ista com-
passio vidue signat compassionem prelatis
quia quamvis Christus semper eam exaudit et tamen sem-
per benignius et copiosius infundit. ii. Cor. i.
Benedictus deus et pater domini nostri Iesu Christi pater
misericordiarum et deus totius consolationis etc. Et
vocat hic apostolus triplici nomine deum scilicet
deum dominum et patrem. Nam sub triplici vocabulo
assuetus est triplicem denominationem. In statu
enim legis sic vocatus est deus. Unde dicit Impio
deus irascitur etc. Et ratio quia tunc erat tempus
instruendi homines in cognitionem veri dei co-
gnitionem. Deus enim ut dicit Damascenus
dicitur a theos quod est videns sive cognoscens
quia ipse nos cognoscere facit. In statu
tunc legis scripte vocatus est dominus. Unde sepe
dicebat Ego dominus. Et ratio est quia tunc tempus
erat tenendi homines in timore. Dominus enim
est nomen timoris. In statu legis evangelice
sepe vocatur pater. Unde in oratione domini-
89 ca non dicitur nec dominus noster sed pater noster. Et
ratio est quia modo est tempus confovendi
filios in amore. Pater enim est nomen
amoris. Ro. viii. Non enim accepistis spiritum
servitutis iterum in timore sed accepistis spiritum
adoptionis filiorum etc. Secundum inductivum fuit
prudentia turbe. Nam et cum Christo erat multi-
tudo copiosa et cum vidua similiter turba
multa et ideo fecit Christus. Et sic inductus
fuit coram illis miraculum facere ut illi
crederent et istius miraculi testes essent.
Sed notandum quod suscitatio filie archisy-
nagogi facta est coram paucis. Sus-
citatio istius coram multitudine. Suscitatio
Lazari et coram multitudine et durans longo
tempore quia longo tempore mortuus et longam
penam fecit. Per puellam igitur suscitatam
tantum in domo intelligitur peccator occultus qui
quamvis deum offendit proximum non ... sed
peccator manifestus qui deum offendit et
proximum scandalizat. Per Lazarum quatri-
duanum et fetidum peccator consuetudinarius
qui deum offendit proximum scandalizat
et de se nimium elongat. Peccator igitur
occultus debet facere penitentiam occulte
ut placeat deo. Peccator manifestus debet
facere penitentiam manifestam ut placeat deo

et edificet proximum. Consuetudinarius debet
facere penitentiam manifestam et diuturnam ut pla-
ceat deo edificet proximum et paulatim ap-
propinquare ad deum possit. Secundo in ista re-
suscitatione fuerunt quedam extrema que ex parte
fuerunt duo scilicet tactus loculi et iussio precepti.
De primo dicitur: accessit et tetigit loculum. Tunc
dominus loculum tangit quando cor duri peccatoris ad
penitentiam emollit. Loculus enim iste est con-
scientia peccatoris in qua tamquam in lecto male
requiescit. Est ergo loculus iste spinosus
et tunc in ipso requiescunt auari. Iob xxx°.
Esse sub sentibus delicias computabant. Est lu-
tosus et tunc in eo requiescunt voluptuosi
sicut sus in loco inuoluptabili luti. Est vento-
sus et in eo requiescunt superbi. Ier. xxii. Om-
nes pastores tuos pascit ventus. Ecce
quanta ceteras requiescere in lecto spinoso lu-
toso et ventoso. Sed accedit dominus et locu-
lum tangit dum peccatorem ad sui cognitionem
reducit. Et tunc iste loculus qui prius
erat spinosus per remissionem vitiorum efficitur
floridus per amenitatem virtutum. Cant. ii. Le-
ctulus noster floridus. Qui prius erat fe-
tidus per immunditiam efficitur mundus et o-
doriferus per castitatem interna. Cant. v. Vi-
nee florentes odorem dederunt. Odor vine-
arum [illegible] serpentes fugat. Sic
odor castitatis delectat deum et homines et
serpentes infernales [illegible]. Qui prius erat ventosus
per inquietudinem efficitur quietus per
mentis tranquillitatem. Eccl. xliii. Cogitatione
eius siluit ventus in cogitatione sua et
sapientia sua placat abyssum, id est cor peccatoris
confusum. Secundum extremum huius resuscita-
tionis fuit iussio precepti cum ait: Tibi
dico surge. Ista autem iussio est diuina
inspiratio quia dicitur Ephes. v. Surge qui
dormis. Viuificat morientem. Sed subdit:
et exurge a mortuis, et illuminat ignoran-
tem. Sed subdit: illuminabit te Christus. Est ergo
Christus vitalis via et vita. Ut dicitur Io. xiiii.
Est via per quam homo ad celum vadit.
Est vitalis que hominem ne erret deducit.
Est vita ad quam homo tamquam ad celum
peruenit. Quia ut vita est excitat dor-
mientem ut surgat et penitentiam vadat.
Prima est veritas deducit ignorantem ne
[illegible] incedat. Tertia est vita viuificat
morientes ut ad vitam eternam perueniat.

Tertio in ista resuscitatione fuerunt quedam oste-
siua, id est quedam per que ostenditur quod fuit vere
suscitatus, et illa fuerunt duo scilicet consessio et lo-
cutio. De primo dicitur: resedit qui erat mortuus.
Non dicit quod stetit nec quod iacuit sed quod resedit.
In stando totum corpus laborat. In iacendo
totum quiescit. In sedendo partim laborat
et partim quiescit. Illi stant qui circa cu-
ras temporalium nimis laborant. Illi iacent
qui ab omnibus operibus nimis torpent. Neuter
istorum fuit vere suscitatus. Illi sedent qui dedi-
ti sunt et labori actionis et quieti contem-
plationis. Isti sunt vere resuscitati tales qui
habent utramque vitam scilicet actiuam et contem-
platiuam. Dant se deo per deuotam orationem,
proximo per laboriosam operationem et sibi ipsis
per humilem recognitionem. Et sic habent effectum
Magdalene, Marthe et Lazari. [illegible]
[illegible] est ut Maria pie et sublimiter sen-
tiat de deo, Martha misericorditer et benigne
de proximo, Lazarus misere et humiliter de se ipso.
Secundo ostenditur suscitatus quia ille qui con-
sueuerat loqui verba mundi vel verba peccati in-
cipit loqui verba dei. Qui ut tunc ostendebat
se esse ciuem Babilonis. Sed modo ostendit se
esse ciuem Ierusalem ciuitatis superne. Loquela
enim qua quis loquitur ostendit cuius ciuitatis est.
Unde dictum fuit Petro Mt. xxvi.
Vere tu ex illis es, nam et loquela tua te ma-
nifestum facit. Loqui verba mundi ostendit quod sit professus
similiter mundi. Io. iii. Qui de terra est de terra lo-
quitur. Loqui verba peccati indicat quod sit professus
similiter inferni. Iac. iii. Lingua nostra ignis
est inflamata a gehenna. Sed loqui verba
dei indicat quod sit professus similiter paradisi.
Unde dominus quibus loquela sua verba dei loque-
bantur de malis dicit Io. viii. Quare loquelam
meam non cognoscitis. Prov. xviii. Mors
et vita in manibus lingue. Quarto in
ista resuscitatione fuerunt quedam consecutiua,
id est quedam que ad ipsum miraculum fuerunt consequentia,
que fuerunt duo. Primum est dei laudatio.
Unde dicitur: Accepit autem omnes timor et
magnificabant deum. Quam sicut dicit [illegible]
laus dei est bonus quia donari competit in
gratus. Qualis autem debet laus esse ostendit
illud in [illegible] in persona dei dicit: Si fue-
ris iniquus non me lauda. Si fueris iniustus
et de iniustitia inflatus non me laudas.
Si vita cum lingua consentit me laudas.
Et subdit: Melius est tacere et benefacere
quam laudare et peccata committere.

27 Ergo fratres toti laudate. Clamat vox clamet-
uita clament facta. Primum est Christi fides et cog-
nicio cum dixerunt: propheta magnus surrexit in
nobis et cetera. Et vocant ipsum prophetam magnum
visitatorem nostrum. Fuit autem Christus propheta magnus
quia fuit valde magne sapiencie. Johannis vii. Nunquam sic
locutus est homo. Habuit miracula magne po-
tencie. Actuum x. Qui pertransijt benefaciendo et
sanando omnes oppressos a dyabolo. Fuit exempla
magne caritatis et vite. Mathei xi. Discite a me
quia mitis sum et humilis corde et cetera. Luce ultimo.
Qui fuit vir propheta potens in opere quo ad
miracula et sermone quo ad verba coram deo et
omni populo quo ad exempla. Fuit et visita-
tor. Luce i. Visitavit nos oriens ex alto.
Vnsquisque fictam dixit ei Petrus. i Regum xvii. Fratres
tuos visitabis si recte agunt et cum quibus
ordinati sunt disce. Visitatoris enim officium est
inquirere de vita. Vnde dicitur: Si recte agunt.
Inquirere de fama. Vnde subdit: et cum quibus
ordinati sunt disce. Ista facere debet ex fraterna
caritate. Vnde premittitur: fratres tuos. Christus ergo
ad nos visitando veniens et inquirens de vita
invenit in nobis mala opera. Johannis iii. Erant
autem eorum mala opera. Inquirens de fama in-
venit quod eramus demonibus associati. Job xxx.
Frater fui draconum et socius struccionum. Ideo
iste visitator opera mala dissolvit. Johannis iii. In hoc
apparuit filius dei ut dissolvat opera dyaboli.
Ipsum eciam nobis associatum demundo eiecit.
Johannis xii. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps
huius mundi eicietur foras. Ipsa autem non fecit
tamen tirannus sed tamen fuit victimis.
Ps. Narrabo nomen tuum fratribus meis.

Erat hec vidua erat et cetera. **Ewangelium**
Mulier ista de morte filij multum dolebat
et ideo lamentabiliter eum flebat. Dolor autem
eius ex iiii^or causabatur, scilicet ex eo quod erat
mulier, ex eo quod erat vidua mater, et ex eo quod
erat omni viro et ex eo quod erat sine. Primo
igitur causabatur dolor ex eo quod erat mulier. Naturaliter
enim mulieres magis paciuntur et magis compaciuntur
quam viri ex eo quod habent animum magis mollem.
Vnde mulier quasi mollis aer dicta est. Vnde Phi-
losophus in libro de animalibus: In omni genere animalium femine
sunt molliores quam viri preter ursam et leopardam.
Cum non inveniatur aliqua mulier feruta et dura,
non potest dici mulier femina sed ursa et leoparda.
Mulier quidem naturaliter est frigida et humida, et ideo
de facili est passibilis et compassibilis. Vir autem
naturaliter est calidus et siccus, et ideo non sic de
facili patitur nec compatitur. Et ideo de filij morte

et adversitate naturaliter plus dolet mater quam pater
ex eo quod est magis mollis et compassibilis.
In filij autem honore et sublimitate naturaliter
plus gaudet pater quam mater quia est magis
magnanimus. Istud ex parte innuit Proverbiorum x.
Sapiens filius letificat patrem, filius
vero stultus mesticia est matris. Sic de filio
igitur sapiente et bono pater habet leticiam
mater vanam gloriam. De filio vero stulto et malo
mater habet tristiciam, pater habet iram. Proverbiorum xvii.
Ira patris filius stultus et dolor matris que
genuit eum. Secundo causabatur ex eo quod eius dolor
quia erat mater. Naturaliter enim mater plus diligit filium
quam pater et ideo plus de morte tristatur. De amis-
sione enim cuiuslibet rei quam maxime dili-
gimus maxime tristamur. Quia autem mater plus
diligit filium quam pater multe sunt cause. Prima est
quia naturaliter mater plures habet defectus quam vir.
Ideo quando defectus relevantur quasi ab ipsa filij
generantur. Vnde multe que a viris deserentur
propter filios quos genuerunt diliguntur, et ideo
mulier sciens propter filiorum generacionem se in suis
defectibus relevari et a viro plus diligi
vehementer eos amat. Secunda causa est quia
illud quod circa quod plus laboramus plus dili-
gimus. Mater autem plus laborat circa fili-
os quam pater tam in portando quam in pariendo
quam eciam in educando. Tercia causa est quia illa
rem plus diligimus quam certitudinaliter
magis esse scimus. Mater autem certo scit quod
filium de se generavit. Pater autem etsi credat
tamen certus non est quod sit de suo semine generatus.
Quarta causa est quia illa rem plus dili-
gimus in qua magis invenimus nostre similitudinem.
Secundum autem philosophum porcio maior de sub-
stancia matris est in corpore filij quam de substancia patris.
Quinta causa est quia sicut dicit Augustinus, ami-
cicia generatur ex consuetudine cohabitandi
colloquendi et conversandi. Mulieres autem cum
filijs magis consueverunt cohabitare, colloqui
et conversari. Communiter autem mater plus dili-
git filium quam pater, tamen naturaliter plus amat
patrem quam matrem. Et una racio est quia
pater est principium effectivum et formale
in filij generacione. Alia quia filius debet
patri in omnibus bonis succedere. Rx
tisne quia pocius perimitur ventre quo ad li-
bertatem et servitutem, ita quod natus de
ancilla matre et libero patre erit servus.

natus ex suo patre et libera matre est liber.
In honoribus autem et muneribus partus sequitur
patrem ut si ipse contrahat cum aliqua plebe
ia filius qui nascitur dignitatem habebit re
galem. Filius igitur plus diligit patrem quam ma
trem tum quia ab ipso recipit formationem tum
quia ab ipso exspectat omnium bonorum successi
onem, tum quia ab ipso habet dignitatem et
honorem. Pater tamen et mater naturaliter plus di
ligunt filios quam a filiis diligantur. Et
ideo est quia de natura sua propria dederunt filiis corpus
corporis materiam, filii autem parentibus in contrarium
nichil dederunt. Et ideo parentes diligunt fili
os ut opera sua, ut carnem suam, ut mem
bra sua. Videmus enim quod humor arboris
fluit a radice in ramos non econverso. Ita
etiam amor a patre qui est radix magis
fluit in filium tamen quod in filium secundarium
quam econverso. Tercio causatur eius dolor ex
eo quod erat vidua mulier. Vidue enim sepe dere
linquuntur quia sunt sine viro consolatore.
Unde dicit Christus Mathei xxiii devoratis domos vidu
arum sub obtentu prolixe orationis. Sepe
molestantur quia sunt sine viro defensore.
Ysaie primo causa vidue non ingreditur ad eos. Ysaie i. De
fendite viduam. Semper sunt in tristicia quia
sunt sine viro consolatore. Et ideo genus pietatis
est tristes uxores consolari. Ecclesiastici xxii.
Viduam nolite contristare et magnum meritum
est eas consolari. Job xxix. Cor vidue
consolatus sum etc. Jacobi i. Religio munda
et immaculata apud deum et patrem hec est
visitare pupillos et viduas in tribulatione
eorum. Cum igitur vidue amittunt filios multum
dolere consueverunt quia remanserunt eis loco
viri consolantes, defendentes et consolantes.
Aliquando tamen expedit viduis viros et filios
carere quia magis libere possunt deo servire.
Unde dicit Jeronimus in epistola ad Paulinum. Sancta
Melania calescente adhuc mariti corpus
culo necdum humato duos filios perdidit
et cum ad pedes Christi advoluta ait expe
ditius tibi serviturа sum domine quia tanto me
honere liberasti. Debent autem ipse vidue
tria vitare: curiositatem, loqua
citatem et ociositatem. Secundum illud ad
Thimo v. Simul et ociose discunt cir
cuire domos non solum ociose sed etiam
verbose et curiose. Primo igitur non debent
esse ociose. Jeronimus. Semper aliquid boni facito
ut dyabolus te inveniat occupatum.
Ezechielis xvi. Hec fuit iniquitas Sodome

sororis tue superbia, saturitas panis et
habundancia et ocium. i Thimo v. Vidua que
in deliciis est vivens mortua est. Licet enim
sit vivens in corpore tamen est mortua in mente.
Sicut agellus. Et corpus hominis est sicut
quoddam instrumentum quod si exercetur attritur, si non
exercetur rubiginem contrahit. Sic enim corpus
virum ieiuniis et vigiliis exercentes debilitatur
merito si non corpore marcescit. Melius est
autem ipsum laborando conterere quam inhercia
consumere. Secundo non debent esse verbose, quia enim
verbositas reprehensibilis sit in viris precipue
tamen in feminis, maxime in viduis. Nota secundum Crisostomum
Mulieres sunt in tantum molles et fragiles et quod
in tantum ideo cito decipiuntur. Ideo quod ea que
audiunt racione non discuciunt. Quia vero sunt
molles ideo ad bonum et ad malum cito flectuntur.
Quia autem sunt fragiles ideo de facili separantur.
Unde dyabolus non est aggressus virum sed Evam
quia sciebat quod illa facilius decipitur, ideo
quod est sexus incautior et citius flectitur, ideo
quod est sexus mollior et facilius vincitur, ideo
quod est sexus fragilior. Tercio non debent esse curio
se quia non de domo in domum circueundo sed aut
in domo maneant aut in ecclesia orent. i Thimo v.
Que vere vidua est et desolata speret in deo
et instet obsecrationibus et orationibus nocte et die.
Legitur de natura avium quod turtur amisso
compari stat in hyeme in nido, in estate vero
transit ad loca frigida. Sic vidua in hyeme
id est in via presentis miserie que est fervens peccati et caren
tia ignis divini et sufflatio mali venti id est temp
tationes dyaboli debet morari vel in nido domus
propria non discurrendo vel divagando memor ordinis
quia que discurrit castitatem amisit, vel in ni
do sue conscientie recludendo vel inundando ut possit
dicere Cant. i. Lectulus noster floridus. Vel in nido
sancte ecclesie orationibus insistendo. Exemplum Anne in
die festina legitur Luce ii. Si vero senciat in
carne alicuius mali calorem transeat ad lo
ca frigida. Hoc est assumat remedia refri
geratiua scilicet maceracionem carnis carnalitatem
comprimentem. Psalmus. Ure renes meos et cor
meum. Habundancia lacrimarum, compunctionem
contingentem, et tunc dicere poterit cum psalmista
Transivimus per ignem et aquam et eduxisti nos in refri
gerium. Ambulans vadat frequenter ad rorem verbi
refrigerantis. Eccli xviii. Nonne ardorem
refrigerabit ros et verbum melius quam datum.
Quarto causatur eius dolor ex eo quod erat
unici filii. Non enim alius filius ei remanserat
qui ipsam aleret vel iuvaret. Licet quippe

spectat ad filios et parentes et matrem et honorare
ad quod inducimur verbo sine precepto Exo. xx. Ho-
nora patrem tuum et matrem tuam. Et intelligitur non
tantum honore reverencie sed etiam beneficencie. Et
quia plus movent exempla quam verba ideo inducimur exemplo
domini qui dignatus est parentibus et in vita subdi obe-
diendo. Luc. ij. Erat subditus illis. Et in m-
orte ipsam Johanni recommendando et post mor-
tem ascendendo. Et quia vero multo plus multos
plus inducunt promissa quam exempla vel verba. Ideo
dominus promissione nos inducit cum precepto supra-
dicto promissionem addit dicens Ut sis longe-
vus super terram. Et intelligitur non tantum de terra
morientium sed etiam viventium. Sed quia sunt
aliquando duri quos plus movent comminata sup-
plicia quam verba exempla promissa. Ideo
dominus comminacionem facit. Exo. xxi. Qui male-
dixerit patri suo vel matri morte moriatur.
Et intelligitur non tantum de morte temporali sed de morte eter-
na. Dato quod deficiant omnia verba exempla promissa
et comminaciones ad hoc inducentem instinctu
nature. Et super hoc Valerius [illegible]. Cum enim
quedam mulier nobilis ob quoddam flagicium
fuisset carceri mancipata ut ibi fame deficeret
filia sua nupta de licencia custodis ipsam cot-
tidie visitabat. Prius tamen eam diligenter scru-
tabatur ne quid cibi comestibilis deferret. Illa
vero contrito ubere singulis diebus de lacte proprio
matrem alebat. Cumque custos miraretur quomodo
tanto tempore mulier viveret inquisivit et quod fiebat
invenit. Unde pro pietate commotus matrem condo-
navit. Vide quid pietas confert. Solinus de
quodam pro sene [illegible] catulis a filiis in
carcere sustentato. Secundum exemplum ponit dicens
Quod cum ciconie senescunt filii parentes suos
in nido ponunt et velud infantes inter pennas
suas eos collocant fovent et nutriunt. Pelli-
canus parentes suos mori permittit. Tercium
exemplum ponit. Quorum cum dominus eos sine suis
[illegible] invenit ei [illegible] quod deploracionem
[illegible] tolleravere. Sed
si [illegible] parentum contingeret [illegible] po-
tenciam et vires sentirent [illegible] defensione
morti se opponerent [illegible]. Dominica

4 Quum intraret Jhesus xvij post pentecosten
in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato
manducare panem etc. Luc. xiiij. Christus tempore
glorie sepe in sabbato docebat et curabat sicut
ut plures qui ad sabbatum conveniebant sanctifi-
caret. Sicut ut in sabbato celesti quando omnes
infirmitates curate essent ostenderet sive ut [illegible]
de acquiete contemplacionis pro salute animarum
nos sollicitandos esse diceret. Ideo adinu-
entum cum iste princeps sabbato intrauit
non propter cibum sed propter animarum lucrum. Ubi eo ydro-
picum istum in corpore et in mente curavit. Magister Co-
munium dicit tria et corporis et non solum in
sacramento altaris sed etiam in vinculo pacis
Communium malorum dicit Augustinus. Cum intrasset
dominus erat in domo fonea in salutacione
temptator in accubacione laqueus in cibo
dolus in pane gladius in calice venenum
in sermone [illegible] in confabulacione captio.
Contra cuius curacionem ex parte phariseorum
fuit magna malitia. Quippe ydropicus magna
miseria. Quippe et magna ira. Malicia
autem phariseorum in hiis fuit. Primo insidia-
bantur eum observabant si medicaret si sabbato curaret
ut sic possent ei detrahere quod sabbatum solveret
magis malitia quia eum pascebat et sibi
insidias parabant cum eos commendabat et ipsum
mordere volebant. Tales sunt multi qui mali
oves pascunt cibis corporalibus et tamen vestimentis
eorum carnibus. Proverb. xxiij. Noli esse in con-
vivis potatorum nec in comessacionibus eorum qui carnes ad vescendum
conferunt. Glossa. Carnes ad vescendum confert
in collacione invicem vicia proximorum dicere.
Galat. v. Quod si invicem mordetis et co-
meditis videte ne ab invicem consumamini.
Ille mordet qui pacem velut canis. Ille comedit
qui accipit quod sibi sufficit et reliquum dimittit.
Ille consumit qui nichil relinquit. Phari-
sei ipsum aliquem mordebant ipsum in aliquo
laudando et in aliquo reprehendendo. Primum
illud Matt. xj. Venit cum publicanis et pecca-
toribus manducat et bibit. Magister [illegible]
quod magistrum vocat eum laudant. Sed in hoc
eum reprehendunt quod cum peccatoribus manduca-
bat eius opera putando. Secundo quod in sabbato
ea faciebat. Jo. ix. Non est hic homo a deo
qui sabbatum non custodit. Alii ipsum consume-
bant tota vita sua condempnando. Matt. xj.
Ecce homo vorax et potator vini publi-
canorum et peccatorum. Secundo eorum malicia manifesta
erat quod tacebant. Cum enim dominus eos interro-
gabat an licet sabbato curare ipsi tacu-
erunt. Et ideo sicut dicit Beda et merito
depressere [illegible] eos fuisset. Namque si licet
curare ergo [illegible] observat si non licet quia
populo curant. Sed ideo isti tacebant quia
astucia procedebat. Sed nota quod aliquis
bonus est tacendo alii boni viuendo. Bonum
quod est tacere dicit propter sapientiam. Eccl. xx.
Est tacens qui invenitur sapiens. Secundum
quod est tacens tempus accepti temporis. Alii vero
ignorancie. Ibidem. Est tacens non habens

[illegible]
2us nota
3us nota
[illegible]

Ps. in locutione. Vincit [?] bone patienciam. Ps. Posui
ori meo custodiam cum consisteret peccator adversum me. Filii vero boni
est iudicium. Prov. xxvi. Responde stulto iuxta
stulticiam suam ne sibi sapiens videatur. Et eo-
dem ibidem. Ne respondeas stulto iuxta stulticiam
suam ne efficiaris ei similis. Non est ergo stulto
respondendum stulte et insipienter sed discrete et
sapienter. Unde et philosophi aliqui maledicentibus
respondebant sed sapienter. Socrates. Cuidam
maledicenti ait. Ut tu lingue tue sic ego
aurium mearum dominus sum. Antistenes etiam
cuidam dicenti homines de te male loquuntur
ait. Superioris est hec pati inferioris dicere.
Xenophon cuidam maledicenti ait. Tu
didicisti maledicere ego teste consciencia didici
maledicta contempnere. Tanta malicia in
hac [?] corde erat quod plus de malis quam de [illegible]
turbabat. Quod notatur cum dicitur Cuius cor in
...omnis aut boves [illegible] cadit etc. Dicitur ergo
sic stulti prelati qui dominus habent [illegible]
nam [illegible] de magnis parvitatem vel [illegible]
Job. Passus est dampna verum mortem
filiorum corporis cruciatum et tamen non scidit
vestimenta sua nisi in morte filiorum. Nam
in dampno rerum ostendit pacienciam dicens
Dominus dedit Dominus abstulit etc. In cruciatu cor-
poris ostendit non tantum pacienciam sed etiam
humilitatem magnam. Unde dicitur testa sani-
em radebat sedens in sterquilinio. In mor-
te autem filiorum ostendit magnam [illegible]
Sed prelati plus curant de diminucione [illegible]
[illegible] et de iniuriarum irrogacione quam
subditorum perdicione. Sic [illegible] Cirill. Si spolia
[illegible] pro [illegible] obtulerit [illegible] omnes
Sed si [illegible] peccante viderint nemo in
[illegible] contra eos. Omnes autem de suo honore
solliciti sunt de Deo autem nullus. Bern. [illegible]
asina est quis sublevet [illegible]
est qui [illegible] Super illud Cuius
virum asinus. Quarto quia ablacione sabba-
ti occupant. Primo sanitas. Sic occupa-
ta occupant. [illegible] volebant [illegible]
[illegible] obediencia [illegible]
[illegible] patet [illegible]
[illegible] offendens [illegible]
occupat caritas ut si homo ex caritate
aliquid facit proximo sicut [illegible]
infirmos etc. Ceterum est in [illegible]
et si die dominica non habet [illegible]
[illegible] Exo. xx. Memento ut sabbatum
sanctifices i. sanctum facies. Etiam die dominico
nichil debet nos impedire in servicio Dei
Quid chorea ludus [illegible] quam
[illegible] die dominico magis [illegible] quam [illegible]

debuit. Tertio ex parte ydropici sunt [illegible] e
[illegible]. Ydropicus secundum Bedam tres habet
infirmitates. Tres enim causas tangunt in glossa scilicet infla-
tionem ventris ardorem sitis et exalacionem
fetoris. Primo igitur habet inflationem ventris
per quam intelligitur superbia. Sapiencie [illegible]
illos inflatos sine voce [illegible]
[illegible] Et dicitur dirrumpet [illegible]
rumpet. Nam a superiori rumpet malleus domine
[illegible] Ier. xxx. [illegible] Dispersi [illegible]
[illegible] Ier. xxiii. Nonne verba mea quasi malleus
conterens petras. A superiori malleus vocans
vehementer. Job xxxvi [?]. Ignis est usque ad con-
sumacionem devorans etc. Ab interiori malleus
remordens consciencie. Ysa. ultimo. Vermis eorum
non moritur. Ab exteriori malleus percussionis
dicitur. Prov. xix. Parata sunt iudicia deri-
soribus et mallea percucientia stultorum corporibus.
[illegible] est [illegible] qui non frangitur in [illegible]
[illegible] istorum malleorum. Aug. De insatiabili
[illegible] ad quam [illegible] leves sunt grandes
mallei. Cirill. Insensibilis torpor ad quem
[illegible] est tam [illegible]
Secundo ydropicus habet ardorem sitis per quem F
intelligitur avaricia. Avarus non tam ardenter
sitit quod quanto plus bibit tanto plus cupit
bibere. Jo. iiii. Omnis qui bibit ex aqua si-
tiet iterum. [illegible] cuius [illegible]
[illegible] plus [illegible] plus [illegible]
[illegible] aque tam ardenter sitit quod aqua tur-
bida vel [illegible] et [illegible] aqua
sua dulcius sibi sapit. Jer. ii. [illegible]
[illegible] Egipti ut bibas aquam turbidam. [illegible]
[illegible] sunt [illegible] tam ardenter
sitit quod etiam pauperum sanguinem bibit. Ecc.
xxxiiii. Panis egencium [illegible] pauperi est qui defrau-
dat illum homo sanguinis est. Tertio ydro- G
picus patitur exalacionem fetoris per quam
intelligitur luxuria quae fetet coram Deo. Joel ii.
Ascendet fetor eius et ascendet putredo eius
quia superbe egit. Gen. xviii. Clamor Sodomorum
multiplicatus est et peccatum eorum aggravatum
est nimis. Ille autem clamor non est nisi peccati
fetor. Est autem fetor tollerabilis qui tamen
[illegible] fetida [illegible]. Vel si [illegible]
[illegible] est fetor vel si [illegible]
[illegible] fetidis [illegible]
fetor [illegible] intollerabilis
fetor [illegible] illorum [illegible]. Ideo
dicitur Clamor eorum multiplicatus est [illegible]
Ideo subdit et peccatum eorum aggravatum est [illegible]
nimis i. [illegible] dicitur nimis. Talis fetor
[illegible] fecit. Ideo subdit descen-
dam et videbo etc. Tamen si [illegible]

et domus mea propter fetorem quem senciebant
Iste fetor est etiam in mundo hodie quem inde
tatur ex multis peccatis Osee iiij Maledictum
et mendacium et homicidium et furtum et ad
ulterium inundauerunt Causatur etiam ex corporibus
plurimarum putredinis Ys. xxxiiij De cadaueribus
eorum ascendet fetor Est etiam diutinus quia
usque ad mortem uel iuuenibus perseuerant
Iohelis i Computruerunt iumenta in stercore
suo Glosa Iumenta quando in stercore suo computrescere
est carnales homines in fetore
luxurie vitam finiunt Tercio capte sunt
magis una quod non eum dicitur Ipse vero appre
hensum sanat cum a dicitur Ubi audit tripex est
fetus mee. Primus est quod ipsum apprehendit
Peccator enim est in faucibus dyaboli Deus tunc
deus ipsum apprehendit cum de faucibus eius eum
extraxerit Iob xxix Conterebam molas
iniqui et de dentibus illius auferebam predam
Et quando magis fit per confessionem maxilla
in qua ligatus est perforata Et ideo cum peccator confitetur
mox inde egreditur Gregorius De isto illud Iob
xl Armilla perforabit maxillam eius
Eius ore illius semel raptus maxillam
eius euaderet si perforata non esset Secundus
effectus est quia ipsum apprehensum sanauit
Et hoc fit per confessionem mea sanantur
uulnera peccatorum Ier. xxx Obducam cicatricem
et sanabo te a vulneribus tuis Tercius effectus
est quia sanatum dimisit Et fit per satisfac
tionem Luce xviij Ipsius dominus serui illius
7 dimisit Non sufficit autem quod quis peccata
dimittat sed per confessionem et satisfactionem
deleat Sicut dicit Gregorius in pastorali parte
iii Primum quod si quis litteras uel aliquod
quodcumque scripsit non sufficit quod ultimus
non scribat sed etiam quod male scripsit deleat
Peccata enim omnia sunt scripta Ier. xvij Peccatum
Iuda scriptum est stilo ferreo in vngue ada
mantino Non sufficit ergo ut quis peccata
dimittat sed quod male fecit per contritionem et lacri
mas deleat Ys. Lauabo per singulas noc
tes lectum meum lacrimis Secundum exemplum est quod si quis
aliquem blasphemauerit de post non sufficiat
quod ultimus non dicat nisi de hiis que male
dixit peniteat Peccator deum blasphemat
Ro. ij Nomen dei per vos blasphematur
inter gentes Non sufficit ergo ut ultimus
blasphemare desistat sed de hiis que fecit
in confessione culpabilem se recognoscat Ier. xxiiij

Iustus per accusator est sui Tercium exemplum
Quia debitor non absoluitur a debito quod
debet per hoc quod alia non multiplicat nisi ea
que contraxit persoluat Et nos peccatores
debitores deo sumus Ideo ante debitis
absoluti non sumus per hoc quod alia non superaddimus
sed de illis digne deo satisfaciamus
Ro. iiij Ei autem qui operatur merces non
imputatur secundum graciam sed secundum debitum Secundo eodem
Ecce quidam homo Sermo secundus
Ydropicus erat ante illum Sicut dicit
Beda ydropisis est morbus ab aquoso
humore vocabulum trahens Grece enim ydor
aqua vocatur Cuius proprium est quanto magis
hauserit humores ordinati tanto magis
sitit Per ydropisim intelligere possumus
sitim sine appetitum diuiciarum deliciarum et
honorum maxime autem diuiciarum Ut ergo hoc
videamus qualiter ista tria sunt. Sicut in
dicitur Prouerbiorum xxx Tria sunt insaciabilia
scilicet infernus et os vulue uel secundum aliam
litteram amor mulieris et terra sitiens
Per infernum intelligitur superbia Cum enim
propter superbiam angelorum primo fuit factus
cum enim superbus angelus primo fuit pos
sessus cum enim primum peccatum ibi positum
ibi fuit superbia et ideo infernus est proprius
locus superborum Sicut etiam infernus non
saciatur animabus sic nec superbi honoribus
Per amorem mulierum intelligitur vitalis concupiscencia
que non saciatur Ieronimus Libido transacta
semper sui relinquit penitudinem numquam
saciatur et exacta reaccenditur post
tristiciam nec bone paret impetus decuatur
Per terram sicientem intelligitur auaricia Quia
sicut illa non saciatur aqua sic nec
auarus pecunia Ecclesiastes v Auarus non
implebitur pecunia In morte autem
ostenditur quod istorum sitis sit vana noxia
et penitus mortifera Extinguenda enim
est vana quia omnia huiusmodi in morte
euanescunt Hoc patet in morte Allexandri
Qui cum fuisset totius mundi dominus super
bus et luxuriosus et eius ossa in
vase aureo fuissent recondita illuc
plures per diuersis partibus mundi conuenerunt unus
igitur volens ostendere quod sitis dominandi fuit
ipse vana ait Heri non sufficiebat

totus mundus. Hodie quicquid pedis est pro multa
contentus. Alius volens ondere vanum esse
aurum et argentum congregare dixit: Heri
iste faciebat thesaurum de auro, hodie
aurum thesaurum facit de se ipso. Alius volens
ondere vanum esse corpus delicijs nutrire
dixit: Heri iste nutriebat corpus suum diversis
delicijs, hodie comeditur a vermibus in terra.
Sedes est sitis norma. Nam illi qui
sunt in magnis honoribus sitiunt usque ad
infima descensionem. Hoc patet in sermone in lo-
co sermo de [illegible]. Dicebas in corde tuo
in celum conscendam etc. Et sequitur: Verumtamen
ad infernum detraheris etc. Illi qui fuerunt in
magnis delicijs devenerunt usque ad ultimam
paupertatem. Sicut patet Luc. xvi. In illo
divite qui volebat destruere horrea sua
et facere maiora. Illa qui pascebat cor
sua magnis delicijs deducitur ad summam
[illegible]. Sicut patet Luc. xvi. In divite epu-
lone qui habere non potuit guttam aque.
8. Tercio ista sitis in inferno potu morti-
fero extinguetur. Nam superbi et tyranni
bibent ibi sanguinem humanum qui
de suis et aliorum corporibus fluet. Apoc.
xvi. Sanguinem sanctorum effuderunt et sanguinem
eis dedisti bibere, ut digni sunt. Legitur in
cronicis quod Thamaris regina cum cepisset
Cyrum regem Persarum caput eius am-
putari fecit et in utrem plenum sanguine
iniecit dicens: Sanguinem sitisti, sanguinem
bibe. Sic superbi et tyranni dicuntur ut
sanguinem suum bibant qui sanguinem pau-
perum sicierunt. Avari vero bibent aurum
liquefactum. Unde refert quidam philosophus quod
Nero imperator visus est in auro lique-
facto se apud inferos balneare. Et cum
vidisset advocatorum turmam dixit eis: Ve-
nite venale genus hominum et mecum
hic balneamini, quia vobis partem optimam
reservavi. Et luxuriosi ibi bibent fel dra-
conum tamquam vinum rubeum et venenum
aspidum tamquam vinum album. Deut.
xxxii. Fel draconum vinum eorum et venenum
aspidum insanabile. Quod quidem vinum
inficitur effusione perpetua lacrimarum
itaque tam ebrii erunt. Ps. [illegible] Inebria-
bo te lacrima mea. Vocat autem deus
lacrimas suas ipsorum quia eius iusticia
procurat eos. Infirmus autem de aqua
[illegible]

Lingua. Qui bibit de flumine paradisi cuius
gutta maior est oceano, constat ut mo-
[illegible] mundi penitus extincta sit. In Pau-
lo [illegible] extinxit omnem superbiam qui cum
prius diceretur Saulus a Saule superbo
postea dictus est Paulus quasi pusillus. Cum prius
erat superbus postea factus est agnus. Cum prius
[illegible] in arcem trahebat postea prostratus mor-
ti et tamen se exponebat. In apostolis et Zacheo
extinxit omnem avariciam. Nam apostoli relin-
querunt cuncta et modo desiderarunt habenda.
Zacheus largitus est propria et restituit aliena.
In Magdalena extinxit omnem luxuriam.
Hoc etiam patet in meretrice vanissima muliere de
qua legitur in vitis patrum quod cum pre nimia vanitate
et nimia ambicione procederet, quidam episcopus
eam videns ad terram corruit et amarissime
flere cepit, ideo quod illa plus erat sollicita
placere mundo quam ipse deo. Et cum pro illa orasset
visum est ei quod quedam columba nigerrima ad
eum veniens quam ille accipiens in aquam
dimisit et mox in columbam candidissimam
conversa est. Sequenti igitur die latitans ipso
sunt ad pedes eius procidit et que prius
[illegible] erat nigerrima postmodum in lacrimis
baptizata toto facta est candida. Ydropico quatuor
[illegible] inter sitis divitiarum, deliciarum et honorum.
Videndum est qualiter ydropicus desiderat avarus
et quod dicta est mirum prodigium avarus et cupi-
dus. Prodigus est in expendendo qui scilicet
omnia dissipat et consumit. Iste habet manus F
perforatas qui nichil retinere sunt sed in epulis
et luxuriis cuncta expendit. Luc. v. Epulati
estis et in luxuriis enutristis corda vestra.
[illegible] Epulati et postea luxuriati. [illegible]
[illegible] Venter mei [illegible] cito de-
spumat in libidinem. Et subdit: Bene
enutristis corda vestra. Quidam corda qui bene
bene lautas comedunt. Quidam cor qui
habent libidinosas cogitaciones. Non debemus
igitur nec corda nec ora nec opera nec corpora
in luxuriis enutrire sed potius effugere. i
Cor. vi. Fugite fornicacionem. Luxuria enim
melius vincitur fuga quam resistencia. Unde
dicitur in Policratico: Iulius Cesar vincebat in bel-
lo corpora gladijs, in pace voluptatibus animas.
Et subdit: Servet gentium triumphator
voluntatem nullo tam facile superari quam fuga
eo quod ipsum qui gentes domuerat veneris
negocijs innodavit [illegible]. Avarus
est in retinendo quia omnia retinet et nichil
[illegible]. Iste habet manus contractas. Ecc. xx.

Est qui locupletatur pro agendo et dicitur Nunc
et manducare audent. Ambrosius in li. de vinea
Naboth. Nonne codices tuos quos volebant
obsignatum aperire horreum nequid detracta
minuetur. Panis unius diei deputabat qui
unius satiare posset. Rumpi enim vix fidem si quid
omnino esset appositum consumeretur plus esset
obtestans. Cupiditas est in acquirendo quam for-
tissimus ardentior cupit. Iste habet manus aptas
quam alienis diu attrahe et omnes spolia
re cum eis dicatur. Ecclesiastici iiii. Non sit porrecta
manus tua ad accipiendum et ad reddendum collecta.
Talis patitur famem canina. Nam fame pati-
tur canis. Canis cum videt aliquem os corrode-
rem, non cessat donec sibi illud eripiat et postquam
illud habuit non dimittit donec ibi nichil
ad corrodendum invenerit. Ideo comesto statim
ad alia sine pensatione anhelat. Sic sunt multi
tyranni qui dum subditos suos intonant
et omnia eorum exponant. Et postquam eos exposue-
runt totaliter eos expoliant aut violen-
ter aut fraudulenter quibus spoliatis mox ad
alios spoliandos se convertunt. Ecclesiastici xiii. Di-
ves iniuste egit et fremebit pauper
autem lesus tacebit. Item civitatis domine
subditi. Si hoc continuat terra et eventualiter
civitatis et subditis. Et confundet
te in tibiis tuis dicit existimat te bis red-
et de ciuitate spoliatos. Sed quod avarus
sine cupidus pessima non faciat quod
per exempla ostenditur. Primum est tale.
Si aliquis nimis sitiret et aquam in
funderet in dolio et nichil in stomacho con-
funderet, sitis eius non extinguitur sed augmen-
taretur. Cupiditas avari est quoddam sitis
genus. Sitis eius quoniam per ipsa divitie sed
ista sitis sedari non potest, quoniam cupiditas
